

18.

19.

20.

21.

22.

23.

24.

25.

26.

27.

28.

29.

Ud. 172. +
2.

Contenta in hoc Volumine II. :

18. Strykii, Sam., commentatio de negotiis capitulatione Caesarea annullatis. Ed. 2. Halae 1728.
19. Ulrich, Phil. Adam., discursus hispano-eurid. de Archi-cancellariatu et Primatus S. R. I. Principis Abbatit Fuldensis. Ed. nova. Lipsiae 1733.
20. Gribner, Mich. Henr., dissert. de primariis precibus Imperialibus sive Pontificis indulta valdiss. Lipsiae 1734.
21. —————— dissert. de precibus primariis Vicariorum Imperii. Octemb. 1711.
22. Philippi, Joh. Gott., dissert. de curibus eridentis dominii, quod Maestatis competit. Halae 1727.
23. Walch, Christ. Guil. Franc., commentatio de litteris Electorum consensionis testibus. Goetting. 1754.
24. Hertling, Joh. Gottsch. Des., dissert. de S. R. I. Vicariatu Paracito-Palatino. Heidelberg. 1742.
25. Weidling, Christ. Gottl. disputatio de iure Maestatis Regis Romanorum. Lipsiae 1695.
26. Buder, Christ. Gottl., commentatio de iure Imperii sive Eleemosynis et insignibus Imperii minus pleno et in officiis in Germania habitis. Jenae 1729.
27. Treuer, Gottl. Sam., iurioprudentia circa titulos officii Imperatoris Augustissimi. Gottingae 1737.
28. Hoffmann, Gottsch. Dan., vindicatio capitulationum nonnullarum circa uniones et conventus Electorales. Tubingae 1753.
29. Haas, Dam. Ferd., dissert. de Monarchia S. R. I. limitata. Gieffae 1750.
30. Mascov, Joh. Jac., dissert. de originibus officiorum aulicorum S. R. I. Halae 1716.

31. Heumann, Joh., observationes de Imperatore mortuo ex annalibus et legibus conquisatas. Ed. 2. Altd.
1741.
32. Lammer, Joh. Ferd. Andr., dissert. de praeeminentia s. Sedis Moquintinae eiusdemque Tridentinissimae Archi-Praepulit, Principis Electoris, praeeminentibus ac singularibus iuribus et praerogatis. Erford. 1731.
33. Karun, Gottl., dissert. qua Ottonem I. Imperium Romanum cum Regno Germanico non concinuisse monstratur. Vitemb. 1732.
34. Hoffmann, Gadelst. Dan., de pluralitate suffragiorum in electione Imperatoris. Tubing. 1742.
35. Dahm, Joh. Mich., dissert. hist. iurid. de Unione Electoral. Moquint. 1754.
36. Koelet, Joh. Tob., observationes hist.-crit. de Tricenmerario Imperatoris. Götting. 1758.

uo
Altez.
ia
dissim
mi
aga

ma
ffe
um

lo-

r +

645.

DISCVRSVS HISTORICO-IVRIDICVS
DE
A R C H I-
C A N C E L L A R I A T V
ET
P R I M A T V.
S. R. I. P R I N C I P I S
A B B A T I S F U L D E N S I S,

Q V E M
AVSPICE DEO T E R O P T I M O M A X I M O
I N C E L E B R I M A F R A N C I A E O R I E N T A L I S
V N I V E R S I T A T E H E R B I P O L E N S I
E X A S S E N S V A M P L I S S I M I S E N A T V S I V R I D I C I
S V B P R A E S I D I O

P r æ n o b i l i s , C l a r i f f i s m i a c C o n s u l t i f f i s m i V i r i a c D o m i n i ,
D. PHILIPPI ADAMI VLRICH,

I. V. D O C T. E T D I G E S T O R V M P R O F. P V B L. A C O R D I N. R E V E-
R E N D I S S I M I E T C E L S I S S I M I P R I N C I P I S, E P I S C O P I H E R B I-
P O L E N S I C O N S I L I A R I I ,

E X E R C I T I I G R A T I A P V B L I C O E X A M I N I S I S T I T
HENRICVS WALTERVS WILHELMVS

No. 27. DE SCHILDECK. *No. 18.*
IN AVDITORIO IVRIDICO

H O R I S A N T E - E T P O M E R I D I A N I S C O N S V E T I S, D I E X X X . I V N . A. M D C C X X I V .

E D I T I O N O V A M D C C X X X I I I .

L I P S I A E, A P V D I O. C H R I S T I A N U M L A N G E N H E M I U M .

DISCOURSES HISTORICO-JURIDICAS
ARCHI
GENEALOGIA
PRIMATA
SRI PRINCIPIS
ABBATIS EULDENSIS
VASPIGE DHO TIR OPTIMO MAXIMO
IN CT. EBBR KIMI ERVNGIAE ORIENTALIE
EX VASENS A MELISSAE SNTA TAE JARVIDI
SAB PVLSESTIO
D PHILIPPI ADAMI ALRICHI
HERNICAS MARITIMAS VILLEMAS
DE SCHLDBCK
IN VADITORIO JURIDICO
MOLI MULTEA CIVILIA DICTA D. M. V. A. M. D. M.
HOT. O. K. A. M. D. M. XXVIII
M. C. V. L. D. O. C. R. E. T. V. M. G. N. M. V. A. I.



PRÆFATIO.

AOn diffiteor præsentem materiam quo ad Archi-Cancellariatum Augustæ in variorum scriptorum opusculis hinc inde sparsam, jam pridem publici Juris factam fuisse; Inter quos Malinckrotius de Archi-Cancellariis, Browerus de antiquitate Fuldensi, Kirchnerus de officio & dignitate Cancellarii non inanem præstarunt operam; verum non ita absolutam, quæ ulteriorem indaginem, & documentorum Collectionem rejiceret, neque ita exactam, quæ me in elaborando meo Themate multum adjuvaret: plus reliquis hac in re præstitit quidem Clariss. Waldschmitt in sua

A 2

differ-

TURCAT

PRÆFATIO.

dissertatione de Augustæ Imperatricis Archi-Cancellario, attamen non eousque, ut ipse fatetur in præfamine ad dictam dissertationem, ut totam hanc materiam exhaustam crederet, quin potius ingenuæ afferat ex Archivis multa adhuc suppeditari posse, quæ ad materiæ hujus illustrationem & ampliationem plurimum conferrent. Quid horum in pagellis hisce præstitum sit, publicum judicium dabit; Sane non proprio marti, sed alienæ liberalitati, eorum scilicet, quibus ad antiquitatis Gazophylacium & originarios veterum monumentorum fontes patebat aditus, totum, quod ultra addidi, libenter adscribo. Auxi porro discursum de Archi-Cancellariatu Augustæ accessione Primatus Fuldensis, in qua parte nec manum, qua ducerer, nec opem, qua sublevarer, ullius scriptoris sensi, absque eo, quod materia de Primatibus, qua sterilis est, vix similem babeat in toto jure, de qua Canonistæ tam pauca tamque incerta scribunt, ut vix non pro derelicta accipi posset: Veruntamen & hic nihil omissum memini, quod ad allegationem, atque defensionem jurium Ecclesiæ Fuldensis, quoquo modo pertinere noscatur.

CAPUT



CAPUT PRIMUM
DE
ARCHI - CANCELLARIATU
SECTIO PRIMA
DE ARCHI-CANCELLARIIS
IN GENERE.



Ibet priorem discursus nostri partem de Archi-Cancellariatu PRINCIPIS Fuldensis, ut ita dicam ab ovo incipere, filumque narrationis nostræ Juridicæ ita ab origine ducere, ut prius dispiciamus de Archi-Cancellariis in genere, eorum origine, officio & dignitate, unde faciliori ductu pertingamus ad Archi-Cancellariatum in specie Augustæ Imperatricis, quo PRINCIPES Fuldenses jam a multis Sæculis gloriantur, & hodierno die REVERENDISSIMUS ac CELSISSIMUS S.R.I. PRINCEPS **CONSTANTINUS** ABBAS FULDENSIS AUGUSTÆ IMPERATRICIS ARCHI-CANCELLARIUS, PER GERMANIAM ET GALLIAM PRIMAS dignissime fungitur, instituti nostri ultimatam metam. Verum ne jejuni nimis atque illotis manibus in rem irruisse potius quam venerabunda præmeditatione eam

A 3

aggressi

aggressi videamur, examinationem nominis tantisper attingamus, ut levioribus hisce aliquantum immorantes graviora meditari, atque maturiori consilio discursus nostri argumentum ordinare valeamus. Vox Archi-Cancellarius ex græco & latino composita Cancellarium per excellentiam significat, talem videlicet, qui alium sub se habet suas vires gerentem, *vide Kirchnerum de dignit. & offic.*
Cancell. L. I. c. 3. Cancellarii vero Etymologia a cancellis deducta tam inculcata & obvia est, ut nec indicari debere videatur, ejus tamen explicatio a Montano *de aut. Magist. Conf. n. 10.* prodita omnino negligenda non est; Quemadmodum, inquit, per cancellos non obscure intuemur ea, quæ intra septa continentur, et si januæ patefactione nulla utamur; Ita per sui Cancellarii discretionem & eminentem litterarum scientiam PRINCEPS intelligit cuncta quæ agenda, quæ cavenda sint, censeturque juris præsumtione, omnem legis cognitionem in scrinio sui pectoris repositam habere. Est & alia hujus nominis notatio quam Spigelius in Lexico Juris a cancellando derivat cum quo consentit Lucæ de penna vetus distichon:

*Hic est, qui Regni Leges cancellat iniquas,
 Et mandata pii Principis æqua facit,
 Si quid obest populo vel legibus est inimicum,
 Quidquid obest per eum definit esse nocens.
 Quid-*

Quidquid enim Cancellarius viderit, quod juri
& emolumento publico aduersetur, id ipse sua
manū discerpat, dilaceret, monente Baldo, ad of-
ficium boni Cancellarii pertinere, ne de Cancel-
laria Principis exeat litteræ male formatæ, mi-
nusque solennes, nedum injustæ & iniquæ; Idque
potestatis & licentiæ concessum fuisse etiam ve-
teribus libellorum magistris, ut quidquid per li-
bellos oblatum fuerit, quod minus æquitati & justi-
tiæ congruum esse videbatur, rejecerint & dilacera-
rint, *vid. Gloss. in L. 1. Cod. de off. assēs.* Vox Cancel-
larius in jure quidem rara, attamen non plane in-
cognita est. *vid. L. 3. 5. & 8. C. de assēssor.* ibi vero
Cancellarius pro Judice domestico sumitur, quasi
intra domesticos cancellos subsistere necesse habe-
at; tam coarctatum, tam angustum, tamque igno-
rum hodie dum non est officium Cancellarii, sed
excellentissimum atque eminentissimum honoris
fastigium, quo si pertigeris altius ascendere non
possis. Quid ni? Cancellarius etiam de summa
Majestate & Potestate Principis suo modo parti-
cipat, eamque sibi communem habet; sive enim
ad gratiæ sive ad justitiæ signaturam res tractan-
dæ & expediendæ pertineant, sive vocis, sive ca-
lamii ministerium requirant, sive denique privato-
rum causas sive publicæ salutis curam concernant,
ad Cancellarium itur, ad illius directorium & ho-
mines

mines & negotia rejiciuntur. Quare inter Consiliarios principem obtinet præminentiae locum, regimini præest, ac consilia status domini sui vice moderatur dirigitque. Licet enim Principes qui populos regunt, & ne quid Respublica detrimenti capiat, perpetuam dictaturam gerunt, multis cooperatoribus & succollantibus opus habeant, præ cæteris tamen illorum notabili & palmario adiutorio sublevantur, quos Cancellarios vocamus. Horum partes sunt operam dare, ne quid contra prudentiam peccetur, id est veram & nullis fraudibus fucatam rationem status; ne quid contra iustitiam committatur, sine qua, ut scribit S. Augustinus, nihil aliud sunt magna imperia quam magna latrocinia: oculus enim boni regiminis prudentia est; cor & anima æqui juris administratio & iustitiae castissimus cultus; sine illius vigilaci custodia cæcum est, sine hujus vitali spiritu languidum & emortuum: In gemina ista boni publici tutela illa ars artium, quam politicam sapientiam dicimus, consistit. Cancellario autem justæ prudentiae & prudentis iustitiae sanctior & religiosior ob servantia, studium & tutela in excellentiori præ aliis gradu commissa est, cuius industria, dexteritas, fides prora & puppis fere est omnis politicæ curæ; hujus est operam dare, ut consultanda recte proponantur, ut proposita debite definiantur, ut definita

DE ARCHI-CANCELLARIATU. 9

nita fideliter exequantur. Os Principis sui est in
orando & ita antiquis Cæsarum Quæstoribus &
Candidatis respondet ; quare etiam perpetuo ad
Principis latera stabit, ut si forte nutantem ac flu-
tuantem ejus sententiam animadverterit, firmis-
simis rationibus, ac consilio tanquam suburra qua-
dam mentem constabiliat. Legum ferendarum,
Edictorum condendorum cura, litterarum ac di-
plomatum subscriptio, subsignatio ad eum pertinet;
hoc enim boni principes, quasi froenum quoddam
potestatis suæ esse voluerunt, ut quæcunque suo
nomine scriberentur, præsertim ea, quæ inverecun-
da quadam potentium importunitate, impetrari
possent, antea a Cancellariis recognoscerentur &
diligentissime pviderentur, recognita & appro-
bata, subscriberentur, subsignarentur; qualis recog-
nitio & approbatio non pro inani forma aut dic-
cis tantummodo gratia fieri putanda, sed maxime
necessaria est, ne forte boni principes ut triga Im-
peratorum in *L. I. C. de pet. bon. subl.* conquesta est
non concedenda importunis flagitatoribus tribu-
ant, neve quicquam contra id quod æquum & le-
gibus ac pietati & reipublicæ commodo consen-
taneum est, scribatur; Quæ recognitio per voca-
bulum *visa* alicubi denotari solet, nec enim quis-
quam creditur illis, codicillis & litteris, quas non
legerit, recteque perpenderit, subscripsisse. Ista ra-
B
tione

tione epistolarum supremum Magistrum, sigilli Custodem, maximum Referendarium fas est nominare Cancellarium. Verum hæc & reliqua hujus generis longius hic exequi supersedeo: Interim tamen quæ hactenus de præminentia & officio Cancellarii dicta sunt, Archi-Cancellario non tantum convenire, sed & per excellentiam tribuenda esse facile intelligis; nam præterquam quod tituli Archi-Cancellarii & Cancellarii in antiquissimis litterarum subscriptionibus promiscue usurpentur, Archi-Cancellarius proprio loquendo is perhibetur, qui sub se Cancellarium habet suas vices vel absentis vel occupati gerentem, ab Herm. Kirchnero major Cancellarius appellatus *L.1. Cap.3.n.2.de offic. & dign. Cancell.* Originem Archi-Cancellariorum vero quod attinet, tam quoad nomen, quam quoad officium a Francis ad nos derivatam esse dicimus: quandoquidem S. Cunibertus Coloniensis Episcopus Germanorum omnium primus fuit, qui apud S. Sigebertum Francorum Regem isthoc officio & titulo gauderet; post quem Bonifacium nomino, qui apud Miræum in *not. Eccles. Belg. c. 20.* Regis Pipini litteras, quibus Epternacense S. Willibrordi Cœnobium dotat, ita subscribit, *BONIFACIUS ARCHI-CANCELLARIUS RECOGNOVIT.* Datæ enim illæ litteræ sunt Anno Christi 752. tertio Regis Pipini, in cuius ad Franciæ Regnum sublimatione cum nota-

DE ARCHI-CANCELLARIATU. II

notabilis valde hujus sancti Viri opera fuerit, ejusque manibus ille in Regem inunctus & consecratus sit, suspicari possumus inter cætera antidora & gratitudinis documenta nova ista dignitate, novæque dignitatis minus trito & augustiori titulo *Arch*-Cancellariatus donatum fuisse. Fuit hic Bonifacius Celeberrimus ille Moguntinorum Præfulus, tum Sanctitatis, quam rerum alias præclare gestarum fama notissimus, testante ad hoc Francisco Lanov. *in suo Schediasmate de Franc. Regibus.* Felicissimis igitur auspiciis non Colonensium & Moguntinorum tantummodo, sed & Fuldensium, & aliorum toto orbe Archi-Cancelloriorum Primitias ad S. Cunibertum & Bonifacium referimus: quorum tamen posterior non hæreditario quodam perpetuoque ac stabili jure, quod postmodum obtinuit, isti Sedi hanc prærogativam pro Successoribus suis acquisivit; Quoniam sub CAROLO ac stirpis Carolinæ Augustis reliquis aliarum etiam Ecclesiarum Cathedræ in Consortium illius honoris admissæ sunt; donec sub Othone Magno ex toto asse Sedi Moguntinæ proprius stabilisque in hunc usque diem fieret imperii Archi-Cancellarius. Cujus officii partes potiores in eo sunt, ut vacante Imperio Suffragatores in collegium mœni emissis nunciis Moguntinus convocet; Item in Comitio Imperiali nomina Legatorum & Depu-

B 2

tato-



tatorum, qui apud ipsum ut Archi-Cancellarium mandatis ac litteris fidei, quas vulgo credentiae appellant, exhibitis ea profitentur excipiat, annotet: In confessu publico Electorum & Principum ordinumque nomine Imperatori gratias agat, & ad propositionem deliberationis factam respondeat: Consultationis capita a Principibus & Statibus ad deliberandum distribuat: decretum comitiale ad sententiam conclusam in conventu publico legat. Atque de hoc Archi-Cancellariatu liberiorem mentionem facere, ad rem nostram aliquomodo pertinere putavimus, eo quod ex Abbatibus Fuldensibus, testante Browero de *Antiq. Fuldens. Cap.* 16. & 17. plurimi Infulis Ecclesiae Moguntinæ clauerunt, inde prerogativa Ecclesiae Fulensis ita ampliatae fuerunt, ut deinceps ejusdem Praesules perpetuo Augustæ Imperatricis Archi-Cancellariatu fulgerent insigniti. Fuit autem Archi-Cancellariatus Imperii Moguntinæ Sedi, quasi hereditarius factus, quando Otho primus Imperator Filium suum Wilhelmm Archi-Episcopum Moguntinum in hac dignitate primum instituit, & licet diploma Cæsareum super hac institutione doceri non possit, ita tamen ob paternum affectum, quo praefatus Imperator prosequebatur in Filio Ecclesiæ Moguntinam, præsumere possumus. Illud saltem verissimum est, prædictum Wilhelmm fecisse

DE ARCHI-CANCELLARIATU. 13

cisse initium privative possidendi & exercendi hanc primariæ dignitatis functionem, uti reliquorum succedentium exemplis, nisi ad alia transire necesse foret, clare ostendi posset; donec postmodum Coloniensis & Trevirensis in Communionem & Consortium nobilissimæ dignitatis reciperentur. Atque hæc de origine dignitate & officio Archi-Cancellariorum in genere breuiter retulisse sufficiat. Jam vero proprius ad instituti rationem transeamus & videamus, qualis ille in specie sit, quem dicimus Augustæ Imperatricis Archi-Cancellariatum.

QUÆSTIO JURIDICA.

An & quatenus Cancellarius ex subsignatione & subscriptione teneatur?

Quamvis J Cto Paulo L. 39. ff. de V. S. subsignatum dicatur, quod ab aliquo subscriptum est, istoque subsignationis verbo pro adscriptione veteres usi sint, hæc tamen inter se distincta & discreta esse indicat tum genuina utriusque vocis significatio, tum diplomatum, atque publicarum chartarum stylus & ordinatio. Subsignationem quod attinet, ejusdem mos atque consuetudo ab Augusto Romanorum Cæsare ad nostras usque ætates defluxisse verisimilius est; ut quos summo honore, fide ac gratia ex intimis Consiliariis Principes complectantur, iis sigillum suum ad diplomata, litteras, & edicta consignanda committant: Tantam quippe, referente DioCassio, in omnibus rebus potestatem Mæcenati atque Agrippæ Cæsar eo tempore tribuerat, ut litteras quascunque ad Senatum vel alios mitteret, ipsi

prius legere possent, & ex iis, quæ vellent, immutare; cūjus rei causa annulum quoque ab eo acceperunt, quo litteras obsignarent. Ex quo quidem perspicuum est, istos duos summos Cæsaris amicos atque Consiliarios eā parte officii perfunctos esse, quæ in Archi-Cancellarii Imperii munere maxime elucescit. Nihil autem ex omnibus fere aliis aulici officii generibus est, in quo majoris fidei & amoris argumentum contineri videtur, quam in annuli atque sigilli concessione; Id quod exemplo Caroli Magni magis elucescit, qui Sigillum Regium capulo ferri sui quo assidue cinctus erat inclūlum nemini tradendum existimavit, ratus non minorem sigilli, in quo omnis existimatio & nomen Principis consisteret, quam mucronis in quo corporis tutela posita esset, curam & rationem habendam. Quid Josephum veteris Testamenti ad tam sublime Regiæ celitudinis fastigium extulit, ut a Rege proximus haberetur, ejus consiliis, litteris & verbis universus populus obediret? quām quod Rex Ægypti annulum suum Regium eidem tradiderat, cum eodem fere jure, quo Archi-Cancellarius hodie dum Sigillum Regium obtinet. Cui consimile est exemplum Assueri Persarum potentissimi Regis, qui annulum suum signatorum dextræ abstulisse & Amani assentatori, quem sibi fidissimum rebatur, ad consignandas litteras Regias tribuisse memoratur. Verum etiam adhucum esse consuetudinem, quā se etiam, ut testatur Pontifex *in cap. dura 4. X. de crimin. fals.*, ut quēmadomum scriptiōnem, ita etiam sigillum & obsignationem litterarum suarū Cancellariis suis Principes committant, quod copiosius explicant interpretes *in cap. 2. X. de fid. instrum.* Ad eum modum in Imperio nostro instituti & moris esse perspicimus, ut hodie sigilla publica Archi-Cancellarii teneant. Quis enim tam ignarus publicorum morum, & in rebus communibus adeo hospes est, ut nesciat quibus cum solennitatibus atque ceremoniis Imperii Archi-Cancellarii sigillum augustum in publico conuentu committatur? quāq; quidem

res

res fanti momenti majoribus visa fuit, ut etiam publicis Imperii sanctionibus Aureæ Bullæ rit. 25. ad omnem posteritatis observationem comprehendenderetur. Ita enim constitutum esse legimus, ut in solenni curia Imperatoris cum facta mensæ Regiæ benedictione Cæsar accubuerit, Archi-Cancellarii, sive duo sive tres simul affuerint, suscepitis ab Imperialis Cancellarii manu sigillis Imperatoris majore & minore, ea in mensam Imperatoris deferrant, collocent, quæ posita continuo ipsis restituuntur; tum vero Archi-Cancellarius in cuius Archi-Cancellariatu res ista peragitur major sigillum de collo suspensum toto prandii tempore in coenaculo Regio circumgestat, nec antea se eo exuit, quam ab aula in hospitium fuerit regressus; Ex quo illud Cancellario Imperiali solemniter per equitem domesticum remittit, equumque, quo insigne allatum fuit, eidem benevolentia & amoris gratia largitur. Atque hoc quidem tam accurate veterum prudentia eo ritu constituit, ut quantum rei in sigillorum fide Cancellarii committenda, eidemque servanda esset positum clarissime significarent. Caveant igitur Cancellarii, ne quando sanctitate signi publici abutantur, ne quid contra stabilitatem Reipublicæ moliendo crimen læsa maiestatis incurant, aut contra juris & justitiae rationem committendo criminis falsi redarguantur: Meminerint sententiæ illius Davidicæ, quam antiqui Imperatores, scribente Baldō epns. 278. utque appareat ex sigillo diplomatis Carolini inferius sectione tertia exhibendi, in sigillis circumquaque inscriptam habuerunt his verbis: *juste iudicete filii hominum*, & quæ in glossa auth. de jud. repetitur, atque hac quasi voce se admonitos putent, ut sigilla publica tanquam divinæ justitiae instrumenta & sancta signacula nunquam iniuriant, falsitati atque injuriæ ulli protegendæ adhibere aūtent. Quin & ipsi boni principes sigilla sua obloqui, & refragarivo-luerunt, ut si quod forte aliter, quam divinæ sigilli sententiæ ac iussioni conveniret, in litteris consignatis scripissent. Nec

SUPRI

muni-

munitionem validius ad integritatem officii servandam Cancellariis esse poterit, quam si ad præmemoratum Symbolum omnia illa, quæ litteris & signis confirmare jubentur antea conferant, & tanquam Lydium ad lapidem examinent, nihilque omnino signandum suscipiant, quod cum Imperatorii annuli præcepto non conveniat. Et vel ideo antiquo antea memorato ritu ad pectus usque de collo suspensum sigillum Imperiale ab Archi-Cancellariis in publico conventu gestatur, ut hac illi ceremonia admoneantur, nihil eo signari, nihil confir mari debere, nisi quod intimo cordis sinu complexum justitiæ conyeniens esse judicauerint, quodque nunquam refutatum, nunquam retractatum ullo modo velint. Nihil enim indignius in privatis etiam Scripturis, quam sigilli autoritatem infringere, fidemque earum rerum prostituere, quas nomine & charactere tuo munieris; quod quidem tantæ turpitudini atque pudori veteribus Germanorum visum est, ut inter extrema opprobria habitum fuerit, si quis sigilli sui fide non sterisset. Quocirca inter articulos equestris nobilitatis relatum esse legitur in *Rixio de torneamentis*, ne si quis forte sigilli fracti insimulatus esset ad honores militaris exercitii & torneamentorum admitteretur. Malit Cancellarius ambitionis muneris fastu se sponte exuere, quam vel minimum quid contra sanctam sigilli sui fidem committere; Malit cum Polycrate apud Herodotum pretiosissimum annulum Smaragdinum in Oceani fluctus abdicere, quam eundem in eversionem Reipublicæ, aut privatorum perniciem ullibi adhibere. In eo enim custodia maxima opum & facultatum, in eo justitiæ & publicæ fidei atque authoritatis conservatio, in eo veritatis & constantiæ munimentum situm est. Sed & in subscriptione non minoris periculi rem aggreditur, dum illam vel incaute vel injuste exararet Cancellarius, imo plus vinculi & obligationis afferre Cancel lario videbitur subscriptio quam subsignatio. Tametsi enim utraque

utraque jussu & mandato alieno atque propter rationem officii fiat, per alteram tamen, quæ non proprio, sed Principis sigillo perficitur, non quidem ejus qui operam & ministerium obsignationi præbuit, verum illius, cuius authoritatem & nomen sigillum complectitur, fides ad perpetuam constantiam & firmititudinem scripturæ devincitur. Subscriptio autem nomine & manu propria peragitur, atque idcirco non modo approbationem, sed etiam propriæ manus scriptionem propiore quadam nexu & jure obstrictam, atque obligatam tenet; nam præterquam, quod interprete Budæo subscribere idem sit, quod ratum habere, confirmare litteras, idem sentire, notissimi insuper juris est, ut qui chirographo subscriptibit, eo ipso se se obliget ac obstringat, non secus, ac si illud manu sua ipse scripsisset. Alciat. ad L. 39. de V. S. Nec vero alio jure Cancellarii subscriptio teneri videtur, qui tametsi alterius manu exarata sint ea, quæ subscriptione sua notavit, hoc ipso tamen quod subscripterit, totam scripturam ejusque sententiam comprobasse & pro sua agnovisse judicatur: ea enim vis subscriptionis existit, ut non modo omnia suprascripta approbata & confirmata, verum etiam propria manu subscriptentis esse facta censemantur Alciat. ad L. 125. ff. de V. S. Neque enim solum ut testem & ad actæ rei probationem ad modum tabellionis accedere putaveris Cancellarium, nam longe alia ratio est subscriptentis Cancellarii, qui cor, oculus, & manus Principis sui nominatur, qui moderari & regere in rebus civilibus & togatis omnia confilia, & actiones, omnia arcana Regii pectoris explorata habere & veluti gubernator ab omnibus scopolis & syrtibus navim avertere, ita Regnantis impetum flectere debet. Non potest itaque Cancellarius non contra officii sui rationes impingere, qui subscriptionem & comprobationem, atque authoritatem suam iis rebus accommodat, quas quantum in ipso est, neque ullo modo scribi, neque subscribi oportebat.

C

SECTIO

SECTIO SECUNDA
**DE ARCHI-CANCELLARIATUS
 FULDENSIS ORIGINE.**

Quemadmodum inter Archimandritas Christiani Orbis, Benedictini qua dignitate, qua opulentia, qua antiquitate coeteris praeminent, ita inter hujus Ordinis innumera Coenobia facile principem locum obtinebit Abbatia Fuldensis, sive antiquitatem species, sive dignitatem, sive denique opulentiam: enim vero potentem ac opulentam demonstrant tot urbes, castra, oppida cum jurisdictione & districtu amplissimo, ut propterea omnium Germaniae Abbatiarum Illustrissima Domina ac Regina dicatur a Bruschio in *Lib. Monast. German. fol. 56.* qualis vero non tibi videri debet ejusdem dignitas? Vigore cujus Abbas Fuldensis de fessione & proedria saepius etiam cum Archi-Escopis, nec semper infeliciter contendit: hoc inter alia haud dubie nisus fundamento, quod Augustae Archi-Cancellariatus nulli alteri per universam Germaniam dignitati seu muneri cedere debeat, unico Imperii Archi-Cancellariatu excepto. Haec obiter attigisse juvat; illud nobis in primis investigandum est, quando haec dignitas Abbatii Fuldensi primum obtigerit, & quali ex origine deducenda sit. Qua in re amarissimas querelas unanimi ore clamant scriptores, vel injuriam temporum, qua praecla-

præclarissima hujus rei documenta absorpta, vel
scriptorum negligentiam in re tam notabili incu-
santes; Quid vero mirum nubeculas tantas in
rei hujus initio animadverti, cum in aliis quoque
ordinationibus imperii multo majores tenebræ
deprehendantur! Quæ enim Politicorum & Hi-
storicorum querimoniæ de incertitudine tum Au-
toris tum temporis in Collegio septem virorum
constituto? qui conflictus sententiarum? quæ scri-
ptorum concertatio? Verum quid querimur? hæc
omnia venerandam potius hujuscemodi rerum an-
tiquitatem loqui, quam impugnare ita evidens est,
ut nullo alio argumento opus esse videatur; Nam
quemadmodum magna flumina, quanto longius a
paternis fontibus abierunt, vel mutatis semitis a
primo fluxu deflexa, vel cæterarum aquarum de-
lecta connubio aliis fluviis immista difficuler ad
primam originem reducuntur, sic rerum etiam illu-
strissimarum origines, vel mutato statu, vel oblit-
teratis ætate vestigiis difficilem indaginem reci-
piunt: præterquam quod is, omnium fere rerum,
quæ inveterata consuetudine introducuntur, passus
esse solet, ut vestigium vel nullum vel admodum exi-
guum ortus sui post se relinquant, tacito fortissi-
moque hoc argumento pervetustam sui originem
comprobantium. Audiamus nihilominus de hac
re scriptores, qui initium Archi-Cancellariatus

C 2

depre-

deprehendere conati sunt, quorum opiniones in re utili juxta ac jucunda per capita recensere longum non videbitur. Hermannus Kirchnerus *de off. & dignit.* *Cancell. L. 1. cap. 3. n. 9.* Archi-Cancellarius Fuldensis Originem cum aliis S. R. I. Archi-Cancellariatibus ad Carolum usque magnum a quibusdam referri ipse refert, quam tamen opinionem non probat, decisionis propriæ vel nimium dubius vel omnino incurius. Similiter Malinkrotius antiquatum alias accuratissimus indagator omnem spem abjicere videtur, certam hujus dignitatis originem inveniendi, ejus verba *de Archi-Cancellaria-tu Fuldensi Abbatis pag. mihi 215.* talia sunt: annum autem vel saltem Imperatorem, sub quo coepit, frustra quis tentet investigare, obstantibus vetustatis caligine & scriptorum silentio; ad minimum igitur suspicari, si non affirmari licebit, ad Othoniana felicia tempora initium hujus Archi-Cancellariatus redigi posse. Cujus opinionis suæ non adeo vanas adducit rationes, non tamen adeo absolutas ut aliæ addi non debeant aut non possint. Huic accedit novissime Cl. D. Joh. Wilh. Waldschmidt in dissert. *de Augustæ Imperatricis Archi-Cancellario* §. 7. qui pro antiquitate hujus dignitatis sequentem in modum scribit: ista vero monumentorum penuria antiquitati hujus Archi-Cancellariatus nequaquam detrahit, quin potius in tanta

tanta incertitudine omnino certissimum reputamus ejus originem & fundationem primævam ad priora Imperii Romano-Germanici Sæcula referendam esse. Quæ quidem sententia pariter pro antiquitate Archi-Cancellariatus militat, cum vero nec authorem nec certum tempus determinet, rem adhuc in incerto positam relinquit. Exploramus de eadem re Browerum antiquitatis Fuldensis diligentissimum scriptorem sibi in hac dubietate minus constantem, quandoquidem jam ante quadringentos annos, asserit, istius Ecclesiæ antistes emicuit, ut Archi-Cancellarii titulum gerat, inde videtur oculos ad Lotharii II. Imperatoris tempora intendisse, a quo tamen cum dicat, istius Sedis prærogativam Berthoum Abbatem, ceu a majoribus acceptam vindicasse, ipsem et recedit, & sine dubio fatetur ad anteriora tempora primordia ejus honoris revocari debere. Non desunt etiam inter recentiores, qui Archi-Cancellariatus nostri institutionem ad tempora proximiora revocare co[n]tantur auth[ori]tate nimirum diplomatis Caroli IV. Imp. a nobis infra exhibendi, cuius certe tenorem aut nunquam, aut minus attente considerarunt, dum ajunt: si dignitas isthæc jam ante Caroli IV. tempora Principibus Fuldenibus competiisset, ipsi profecto tam incurii non fuissent, quatenus de Cæfareis diplomatibus sibi non prospexissent, quo

casu supervacanea fuisset liberalitas Caroli conser-
tentis aliquod jus, quod Principes Fuldenses jam-
dum possidebant, cum vero nullum diploma
ostendi possit, quo ab Antecessoribus Imperatori-
bus hæc prærogativa ipsis collata fuerit, sequens
esse debeat, nec antea competuisse, sed soli Diplo-
mati Carolino adscribendam esse. Quam contro-
versiam pacifica quadam via ita componi posse
autumor, ut sententiæ tam diversæ in sua stabili-
tate aliquo modo persistant, ipsa tamen dubietas
& origo nostri Archi-Cancellariatus errorum te-
nebris evolvatur, modo tripliciter distinguatur,
inter primævam scilicet originem, unam & alte-
ram confirmationem ipsius Archi-Cancellariatus;
primævam originem cum Malinkrotio tempori-
bus Othonianis, primam confirmationem cum
Browero Lothario II. Imp. alteram denique con-
firmationem cum aliis Carolo IV. adscribendo;
quali namque colore primævam hujus Archi-
Cancellariatus originem Carolo IV. adscribemus?
cum hoc ipsum ex tenore diplomatici ejusdem Im-
peratoris clare reprobetur; quandoquidem in ter-
minis expressis dicti diplomatici Carolus Imperator
fatetur, qualiter prædecessores Henrici Abbatis
Fuldensis in pacifica possessione talis officii hacte-
nus perfisterint; quid ergo magis necessarium erit,
quam originem istam ad ulteriora retro tempora
referre?

referre? Cui nihil detrahit, quod pro stabilienda
hac opinione superius adductum fuit argumentum:
vel docendum de alio diplomate anteriori, quod
tamen præsumendum non sit, ne Diploma Caro-
linum superfluum & inane dicatur, vel Carolino
diplomati soli insistendum & fatendum huic unice
erectionem Archi-Cancellariatus adscribi debere;
Etenim simile habemus exemplum in S. R. I. Elec-
toribus, hi siquidem ab eodem Carolo IV. Anno
1356. in Comitiis Norinbergicis per auream Bullam
jura Electorum definita & determinata acceperunt,
ergo antea Electores nec fuere, nec jura Electoralia
exercuere? displicet tibi ista consequentia? disipli-
ceat & illa. Carolus quippe Imperator quæcumque
vel per suspicionem dubia aut incerta essent in lu-
culentam voluit erigere consonantiam, omnemque
disputationis ansam amputare, ne quando sub qua-
licunque prætextu pax Reipublicæ & tranquillitas
Imperii turbari posset; quare multa confirmanda
existimavit, quæ in suo jam antea persistebant vigo-
re. Ratio vero proximior, quare Archi-Cancel-
lariatum Fulensem confirmandum putavit, fuit
partim illa controversia quæ Abbatii Fulensi sæ-
pius quoad sessionis ordinem mota fuit, ut vides in
Pfeffingeri ad Vitriar. L. i. Tit. 15. §. 16. partim
quia Abbates Titulo Archi-Cancellarii vix antea
usi sunt, ne inde jura Archi-Cancellariatus quoquo
modo

modo obscurarentur. Adhuc tamen non dedit Carolus, sed confirmavit id, quod prædecessores Abbates Fuldenses jam diu antea habuerunt, quibus verbis Author Breviarii Fuldensis sub Henrico VII. Abbatte jam hanc opinionem refutare conatus est. Neque satis facit venerandæ antiquitati hujuscæ dignitatis Browerus, quando ejusdem primævam originem a temporibus Loth. II. hucusque limitat, nam præterquam quod ipse met sibi male conscius videatur errorem suum agnoscere, dum fatetur Berthoum Abbatem Sedis hujus prærogativam ceu a majoribus olim acceptam jam sibi vindicasse; Est & aliud insuper argumentum, quo nobis videtur evidenter demonstrari, istam originem ad priora adhuc tempore rejici debere, qua fronte enim ut testatur Wilhelmus Malmesburiensis *L. 2. de gest. Reg. Anglor. Cap. 12. p. 78.* Abbas Fuldensis jam sub Henrico III. Imperatore, item docente Lamberto Schaffnab. in hist. germ. sub Anno 1063. sub Henrico IV. præ Archi-Episcopis & Electoribus ordinis sessionem tam acriter prætendere potuisset, nisi quia illa jam ætate adeoque ante Lotharii Secundi tempora Augustæ Archi-Cancellarius existeret? Nam ratione religiosæ prælaturæ primum locum ante Archi-Episcopos etiam affectare tam incongruum fuisset, quam insolitum Hyerarchiam Ecclesiasticam tanta confusione turbare: Neque etiam tam

DE ARCHI-CANCELLARIATU. 25

tam inusitatus Abbatis Fuldenis præ Archi-Epis-
copis honos ex capite Primatus ullo modo defendi
poterat; largiamur enim Abbatem Fulensem inter
universos Germaniæ atque Galliæ Abbates primum
obtinere locum, sed quid inde ultra Archi-Epis-
cos etiam ascendet? Neque ratione Regalium Sæ-
cularium, quæ Abbas jam tum possidebat, evenire
poterat; cum eadem Archi-Episcopis pariter com-
petenter: Unica ergo & tota ratio tam altæ præ-
tensionis ex parte Abbatis fuit, quia eo tempore
Augustæ Imperatricis Archi-Cancellarius jam esset.
Certissima itaque ante Lotharium II. adsunt vesti-
gia de Archi-Cancellariatu nostro. Objicies forsan
ex sæpe laudato diplamate Caroli IV. *Abbes su-
pradicæ Ecclesiæ in possessione pacifica talis officii
hactenus ab origine & primæva fundatione Prin-
cipatus & Fulensis Domini perstitisse*, adeoque
eandem & unam omnimodo originem Archi-
Cancellariatus esse cum Principatu Fulensi, cuius
Fundatio Lothario II. adscribatur; quandoquidem
Brovverus clare indicat Abbatem Berthoum a Lo-
thario II. Imperatore regalia quemadmodum alii
Principes Imperii acceperint: accedit Cornelius in
Breviario Fulensi in vita Berthoi dum dicit: Im-
peratorem Lotharium II. Berthoo regalia, id est jura
Principis concessisse; cum ergo diploma Caroli-
num Abbates Fulenses ab eo tempore Archi-Can-
cella-

D



cellariatum Augustæ possedit dicat, quo iidem Abbates Principatum & Dominium adepti sunt, id vero sub Lothario II. contigisse testentur scriptores, omnis prorsus dubietas sublata videtur, quo minus Archi-Cancellariatus origo ad Lotharium II. referenda sit. Verum hæc omnia nihil aliud evincunt, quam quod supra de diplomate Caroli IV. responsum fuit, ut Lotharius II. Archi-Cancellariatum Fulensem in persona Berthoi confirmasse potuerit; nam quod iste jam ante illa tempora & notanter ætate Henrici III. & IV. Impp. jam notus atque in rerum natura fuerit, superius evidenter demonstratum est: Nec ita securum est, quod de fundatione Principatus & Dominii Fulensis allatum fuit, quasi illa Lothario Secundo debeatur; fuit enim jam tempore Othonum & initio Sæculi X. passim notissimus Principatus Fulensis. Quapropter cum in antiquis faciliores probationes & probabiles conjecturæ admittantur, Vital. *de Camb. tract. claus.* p. 124. n. 3. Mascard. V. 1. Conclus. 104. & seqq. Mennoch. A. 3. Q. 1 2. c. 115. deinde constet Archi-Cancellariatum nostrum ante Lotharium II. jam extitisse, constanter tenemus ejus originem ex Othonis magni munificentia descendere. Siquidem primo Imperator iste cognomentum magni adeptus est, non tam ex amplitudine victiarum, quam ex multitudine Ecclesiarum & Cœnobiorum, quas
Impe-

Imperiali liberalitate fundavit, dotavit, & ampliavit, ut vel ideo communi ore Monachorum Pater salutaretur. Secundo probatur ex Bulla Joannis XIII. Pontificis inferius Capite secundo danda præfatum Imperatorem pro Ecclesia Fuldensi specialiter & eousque propensum fuisse, ut inter gravissimas Imperii curas, quibus continuo detinebatur, non dignatus fuerit apud Pontificem pro Ecclesia Fuldensi intercessorem agere, pro Primatu Germaniæ & Galliæ ejusdem Ecclesiæ Abbatи conferendo; cuius interventu etiam permotus Pontifex eundem Primatum Ecclesiæ Fuldensi A.D CCCCLXVIII. & regnante adhuc Othonе concessit; Verba Bullæ sunt: *Igitur quia per interventum excellentissimi piissimique Imperatoris Augusti nostrique spirituali Filii & sanctæ Ecclesiæ defensoris prænomiatus Uverinarius Abbas postulavit a nobis quatenus &c.* Adjicientes autem pro magno amore præfati piissimi Domini Othonis Imperatoris Augusti specialiter constituimus, ut isdem Fuldenis Abbas ante omnes Abbates Galliæ seu Germaniæ Primatum sedendi, omni in loco, quo convenerint, obtineat; Unde taliter concludere licet, quod si Imperator Othо magnus, ita facilis fuit submissis etiam precibus a Sede Apostolica Primatum pro splendore Ecclesiæ Fuldensis efflagitare, quidni præsumemus faciliorem fuisse in elargiendo Augu-

stæ Archi-Cancellariatu cuius collatio ex libero solius Imperatoris arbitrio, unice dependebat Arg. L. 67. §. 8. ff. de legat. 2. *Tertio* huic munificentia an-sam dedisse, verosimilius est Archi-Cancellariatus Imperii dignitatem, quæ tum temporis in Archi-Episcopum Moguntinum Wilhelmum Imperatoris Filium collata, ejusdemque Successoribus hæreditaria facta fuit, ut supra assertum, & docet Malinkrot. de Archi-C cancellar. & Cancell. p. 30. ut proinde de Ecclesia Fuldensi ad similem honorem elevanda probabilissime cogitatum fuerit ab Imperatore in hanc Ecclesiam, ut supra ostensum fuit, alias tantopere jam propenso. Id quod *quarto* firmatur ex speciali connexione & relatione, quam Ecclesia Fuldensis, ejusque Antistites ad sedem Moguntinam post Sanctum Bonifacium, & in Successionibus continuo habuere; Nam præterquam quod Sanctus Bonifacius Moguntinæ Sedis Præful, Ecclesiæ Fuldensis Fundator fuerit, & Christianam fidem incolis ibidem invexerit, fuit deinceps inter ambas Ecclesias, tam mira affinitas atque amicitia, ut a Sancto Bonifacio tertius quisque Moguntiae Archi-Episcopus ex Fuldensi Monasterio assumeretur, id quod ita constanter obtinuisse testatur Archi-Episcoporum illius Sedis successio usque ad Bardonem, qui Anno M XXXI. teste coævo scriptore, Imperatoris Conradi secundi authoritate minus æque suffultus

fultus, hunc ordinem primus interrupt ac honorem Rigardo Abbatii alias debitum præripuit; Ut proinde a veritate haud absimile sit, Othonem Imperatorem vel motu proprio, vel ad instantiam Hattonis antea Abbatis Fuldensis, tum Archi-Episcopi Moguntini, Ecclesiae suæ Fuldensis optime memoris, sicuti Moguntinos Archi-Episcopos Imperii Archi-Cancellarios esse juss erat, ita etiam Abbes Ful denses, interim Archi-Cancellarios Augustæ esse vellet, donec ordo successionis ad eorum quendam devolutus eundem faceret, cum Moguntina Sede obtinere Imperii Archi-Cancellariatus dignitatem. Cui concordat opinio Brovveri *L. 1. antiq. Fuld. cap. 16.* scribentis non vereri se afferere tam eminentis fastigii splendorem Beati Bonifacii memoriae aut meritis tot Præfulum, qui ex Ful densi Monasterio ad Urbis Moguntiacæ Cathedram Germaniæ primam evehti, olim datum fuisse. Proximus vero accedit sententiae nostræ Malinkrotius *de Archi-Canc. Fuld. pag. 215.* primordium Archi-Cancellariatus Augustæ intercessioni Hattonis secundi tribuens, qui dulcem retinens pristini in sanctioris vitæ cultu domicili memoriam ejusdem gloriæ & commodis propagandis impense studuisse, dataque occasione ab Othone Imperatore Archi-Cancellariatum pro Ecclesia Fulensi imperasse præsumatur. Quas rationes in re perantiqua

& octingentorum annorum memoriam superante
optime fundatas reproto ; Nec dubium superesse
potest, quin erectio Archi-Cancellariatus Augustæ
in favorem Ecclesiæ Fuldensis inter Othonis magni
res præclare gestas recensenda sit , diploma licet
desideretur , quod per injurias temporum ac varia
Archivi Fuldensis fata periisse credibile est. Nam
quod Mabilon. *in supplem. ad Libr. de re diplom. c.2.*
de Archivis Monasteriorum observavit ; Quanta-
libet cura fuerit in tuendis Ecclesiæ & Mona-
steriorum Archivis, pauca tamen integra restare in
antiquioribus locis , sive ea bellorum turbo diss-
paverit, sive igne aliove casu, sive denique custodum
indiligentia perierint. Idipsum Fuldense Archivum
non una vice expertum fuit, inde est, *quod forsitan*
litteræ divisorum Imperatorum & Regum super
hujusmodi gratiis & immunitatibus per aliquod
infortunium seu negligentiam perditæ sint vel a-
missæ , & in lucem produci non valeant , sicuti in
terminis habet diploma Carolinum. Hoc unum
adhuc obstare videtur , quod Abbates Fulenses
nec antiqua Augustarum diplomata , subscriptissimæ
reperire sit, nec notum , quod antiquitus hoc ti-
tulo Archi-Cancellarii unquam usi sint, præter-
quam in recentioribus temporibus : Sed nec hoc
assertæ antiquitati Archi-Cancellariatus hujuscæ
poterit esse impedimento , si meminerimus Augu-
starum

starum Diplomata, quæ hucusque in lucem produci potuerunt, pauca numerari, & hujusmodi subscriptiones in illis ideo forte prætermissas, quod Archi-Cancellarii præsentes in aula non continue degarent, nec alias frequenter occurrere Archi-Cancellariorum subscriptiones observarunt viri in re diplomatica versati, ut ex Malinkrotio repetit clariss. Waldschmidt *in dissert. de Archi-Cancell.*

Aug. §. 10. Quodsi Abbates Fuldenses hac tituli prærogativa serius aliquantulum usi videantur, id non tam incuriae, quam priscis illorum moribus & ætati titulorum parcae tribuendum censeo. Simili enim ratione Episcopi Herbipolenses, cum per Sæcula aliquot Ducis Franconiae titulo quamvis jam inde a veterum Ducum intermortua stirpe dono Cæsareo ipsum Ducatum possiderent, uti abstinuisserint, sub Friderico demum tertio Imperatore illum repetere & publice profiteri consultum putarunt: Albertus enim Brandenburgicus vir ob bellicam indolem fortis quidem sed a longinquo jucundior, quam in vicinia, eo quod aliqua loca in Franconia teneret, istius Ducatus titulaturam usurpare conatus est, quem ut aliena jura invadentem tanto validius repellerent, publica sua præscriptione profiteri coacti sunt Herbipolenses Antistes, quæ eo usque magis dissimulaverant, quam neglexerant; Nec enim tanti periculi adhuc res erat

erat Ducatus Franconici titulum non prætulisse, ubi nemo eosque fuit, qui idem prædicatum sibi arrogare tentaverat; quam primum vero præfatus Albertus Brandenburgicus usurpatione ejusdem tituli Ducatum Franconicum sibi vindicare conatus est, tum profecto urgebat necessitas Herbipolenses Episcopos jura sua Ducalia publica professione tueri. Id ipsum etiam Fuldenses Abbates ab antiquis temporibus facturi, titulumque Archi-Cancellarii Augustæ prælaturi fuissent, si ullus unquam contradictor extitisset, qui similem titulum usurparet.

QUÆSTIO JURIS PUBLICI. *Quibus Jus sit habendi Cancellarium?*

PErspicuum omnino est Cancellariam & Dicasterium, quæ inter regalia referuntur, utpote quæ in veteris prætorii locum successit, & instar Auditorii illius antiqui haberur, in quo causæ litigantium audiebantur, institui non posse, nisi ab eo, qui summan juris dicundi potestatem teneat. Hanc cum Augustus Imperator primum per Legem Regiam a populo esset consecutus, in Palatio suo ad eam perpetuo confirmandam munierat, que prætorium excitauit, in quo tum Civibus tum Peregrinis jus ipse reddebat. Quem Successores imitati, circumstantibus omnibus suis consiliariis, in Imperatoria sella & tribunali sedebant, atque audiendis & decidendis causis vacabant. Ut itaque jus prætorii ad solum Imperatorem pertinebat, ita & Cancellariam, quæ in veteres istas appellationes successit, atque qui ejus caput est, & Princeps Cancellarium Cæsar solus habebat. Idem tamen

tamen juris in omnibus aliis Regnis & Principatibus liberis ei, qui cum summo Imperio est, & absolutam juris dicundi potestatem obtinet, recte competit; Quæ quidem absoluta potestas, cum in electivis Imperiis & Regnis moderatione plurima teneatur, factum est, ut Imperii & Regni Cancellarii majores dicerentur, qui una cum Imperatoris & Regis cura leges & auctoritatem Imperii ac Regni contra omnes, etiam ipsos Reipublicæ Principes tuerentur. Quam quidem potestatem boni olim Imperatores in se ultro concessisse celebrantur Præfecto prætorio, qui summam a Principe potestatem, & auditorium Romæ habebat. Cui enim ignotum illud Trajani verbum, qui cum Præfectum gladio cingeret, dixisse memoratur: Accipe gladium, quo, si recte fecero, pro me, si fecus, contra me utaris. Etsi autem ista gladii licentia muneri togato nullibi regnorum conveniat, in eo tamen præcipue Cancellariorum cura & industria sita est, ut quæ adversari juri & legibus Reipublicæ videantur, neque litteris, neque diplomatis, neque sigillo publico confirmari finant. Quæ quidem cura usque ad Caroli Magni tempora more veteris Imperii penes unum solum, qui Imperatoris Cancellarius foret, confitebat, qui diplomaticum, ac litterarum revisioni, earumque signationi, aliisque ad Cancellariæ munera pertinentibus negotiis præpositus fuerat: Attamen cum secundum hodiernum Reipublicæ Statum in hereditariam successionem, eamque perpetuam Ducatus & Principatus jura regalia pervenerint, eadem quisque Princeps potestate & jure in suo territorio fruitur, quo Imperator in universo Imperio, idque ratione celsioris dignitatis & sublimioris fastigii, quo Principatus Imperii eveniti non solum hoc sed & alia majora jura & regalia tum Electores, tum omnes quoque cæteri Principes Imperii æque usurpant. Nam quemadmodum Cels. Mancin. de re ista disputat lib. 2. c. 4. de jur. princ. hoc ipse titulus & dignitas nomenque Principis in se continet, ut ei annexa & conjuncta omnia propemodum regalia censeantur, quæ

Imperatoris olim unius in universo Romanorum orbe erant. Et quamvis rariores in superiorum etatuum annalibus Principum Cancellarii occurrant, hoc tamen quoad nomen & sonum vocis tantummodo verificabile est, cum illi, qui Notariorum nomine Principibus a sigillis fuerant in ipsa re hac dignitate & officio potirentur. Quin & Universitates ex Imperiali gratia & privilegio honorarium Cancellarium habent, cuius dignitas & officium potissimum in promotionum publicarum actibus elucescit; Ab eo enim honores, & studiorum apices, laureaeque & coronae tum Licentiatorum tum Doctorum nomine Imperatoris orantur & exorantur, publicaque autoritate dignitatis collatio confirmatur. Quod quidem munus cum Palatinum sit, Cæsareaeque potestatis lucem & splendorem praeseferat, quo conspectior & illustrior ejus authoritas foret, Romanae Ecclesiae Primarios Praesules isthuc universalis studii Cancellariatu honoratos esse videmus. Hac ratione Academia Erfurtensis Cancellarium consecuta est perpetuum Archi-Episcopum Moguntinum S. R. Imperii eundem per Germaniam Archi-Cancellarium & Electorem summum, & ne in aliena re operosior sim, in Celeberrima ista Franciæ Orientalis Universitate Wirceburgensi, quam Reverendissimus & Celsissimus S. R. I. Princeps JOANNES PHILIPPUS FRANCISCUS, Episcopus Herbipolensis Franciæ Orientalis Dux ad ultimum splendorem ergere clementissime cogitat, Cancellariatu perpetuo potitur Ecclesiæ Cathedralis Präpositus, qui nunc est JOANNES PHILIPPUS FUCHS, L. B. a Dornheim, qui vel in propria persona vel per suum Pro-Cancellarium licentiam pro supremis Doctoratus honoribus publice impertiri consuevit. Post Principes Comites & Civitates Imperii libera Secretarios & Syndicos habent, nec Cancellaria aut Cancellariorum nomen facile usurpant, quamvis in Comitiiali libro hic & nunc horum quoque Cancellarii subscripti reperiantur. vid. Gail. de p. pub. L. 1. c. 6. obs. 72. n. 13. & Socin. Jun. conf. 126.

SECTIO

SECTIO TERTIA

DE

CONFIRMATIONE ARCHI-CANCELLARIATUS FULDENSIS.

NON vanis argumentis sed ex ipso Diplomate
Carolino desumptis rationibus adducti superius indicavimus, varia Imperatorum Diplomata olim probabiliter extitisse, quibus Archi-Cancellariatum Augustæ Principibus Fuldensibus vel instituerint vel confirmayerint, eaque sive antiquitatis tenebris obvoluta, sive injuria temporum, belli ignisve depopulatione in interitum rapta, oculos nostros hodiecum subterfugere: Hisce damnis rerumque penuria Imperator Carolus IV. Principali munificentia subvenire volens, sequens Diploma pro confirmatione Archi-Cancellariatus Augustæ Principibus Fuldensibus in amplissima forma impertitus est, cuius tenor ad fidem Autographi talis est:

*In Nomine Sancte et Individue Trinitatis feliciter
Amen.*

Karolus Quartus divina favente Clemencia Romanorum Imperator semper augustus et Boemie Rex. Venerabili Heinrico Abbatii Fuldenſi Princepi

E 2

cipi

cipi et Consiliario devoto suo dilecto graciam suam
et omne Bonum ; Princeps devote Carissime :
Licet ex assump te Imperatorie Majestatis officio,
et ob illas gracias multiplices , quibus noſtre Sere-
nitati Magnificus Imperator eternus , tam libe-
raliter quam benigne prouidit , omnium Ecclesia-
rum profectibus & commodis teneamur intendere ,
ut ministri Domini , temporalibus adjuti presidiis
et dulcissime pacis amenitate gaudentes , tanto li-
berius divinis vacare poſſunt obsequiis , quanto
ceriori ſecuritate letantur , ſub grato Regimine
Principis graciōſi ; Ad Eccleſiam Fuldenſem nibi-
lominus ſingularis gracie deliberacionem noſtra
celſitudo convertit , et eam velut generofam plan-
tationem Sacri Romani Imperii , habito quodam
ſpeciali respectu ad tue virtutis inſignia et multi-
plex ſedule Fidei probitates , quibus nobis et ſacro
Imperio tam fideli quam eciā prompta devocione
continuo placuisti , ad ipsius Libertates , Hono-
res , et Commoda ſinceris favoribus meditamur :
Sane cum eadem Fuldenſis Eccleſia , ſicut multo-
rum veridica et Fide digna Relatione percepimus ,
inter cetera Largitionum munera , quibus a re-
colende memorie diverum Imperatorum , qui nos
preceſſerunt feliciter , multiformi favore ad api-
cem Principatus promota diuſcitur , illud preci-
pue obtinuerit , quod videlicet Abbas Fuldenſis ,
qui


qui foret pro Tempore, ex Imperiali indulto,
 sicut premittitur cuiuslibet Romanorum Impera-
 tricis seu Regine Archi - Cancellarius existere
 debeat, cum omnibus Privilegiis, Libertati-
 bus, Emunitatibus et Graciis, quibus Archi-
 Cancellarii Imperatricum seu Reginarum hujus-
 modi hactenus jure vel consuetudine freti sunt,
 aut frui possunt, quomodolibet in futurum sicut
 Tui Predecessores Venerabiles Abbates supra-
 dictae Ecclesie in possessione pacifica talis officii
 hactenus ab origine et Primeva Fundacione
 Principatus et Fuldensis Domini perstiterunt,
 eciam ab eo tempore, cuius contrarium in ho-
 minum memoria non consistit, nos advertentes,
 quoniam virtuosi Principis interest Jura, Pri-
 vilegia, et Gracias Ecclesiarum insignium auge-
 re continuo, et non permittere Predecessorum
 Gloriosis voluntatibus in aliquo derogari, hu-
 jusmodi Privilegium, Libertates, graciam, et
 emunitates sub omnibus modis et condicionibus,
 sicut expressantur superius, approbamus, Ratifi-
 camus, et de Benignitate Cesarea, nec non
 Imperatorie Potestatis Plenitudine confirmamus,
 ac etiam de novo concedimus, Decernentes, et
 Imperatorio supplentes indulto, quod non obstan-
 te eo quod forsitan Littere Divorum Imperato-
 rum et Regum, qui nos precessisse noscuntur, su-

per hujusmodi graciis , emunitatibus , et Liber-
tatis edite , per negligenciam seu aliquod in-
fortunium perdite sint vel amisse et in Lucem
produc non valeant : Tu nihilominus et omnes
Tui Successores perpetuo dicti Archi- Cancella-
riatus officio cum omnibus sibi annexis seu de-
pendentibus honoribus , utilitatibus , juribus et
confuetudinibus , quibus eciam nominibus ex-
pressari consueverint , fungi possitis et debeatis
perpetuo , sicut tui Predecessores eodem functi
sunt hactenus de Gracia , consuetudine , vel de
Jure ; et ne tante tue Virtuti , cuius splen-
dore gratissimo in nostris oculis claruisti , sollem
videantur approbare preterita , et de his provi-
disse dumtaxat , que Predecessorum tuorum in-
dustria , ab ipso sacro Imperio diligenter studuit
obtinere , sed ut sub felici nostro Reginine ,
juxta tue probitatis merita , novis Graciarum
muneribus , tuo respondeatur affectui , et ob tui
memoriam dicta Fulensis Ecclesia , novis Impe-
rialium donorum Insigniis inclarescat ; Decer-
nimus et hoc Imperiali sancimus edito , quod
Tu , et omnes Tui Successores Abbates Fulden-
ses perpetuo , dum et quociens Imperatricem sive
Reginam Romanorum coronari , aut in Veste
Imperiali seu Regia sedere vel stare contigerit ;
Tu et dicti Successores Tui , coronam suam quo-
ciens

DE ARCHI-CANCELLARIATU. 39

ciens more vel ordine poscente a capite ipsius deponi debuerit, et deponendi eandem ac tenendi et eciam reponendi quociens necesse fuerit fungi debeatis officio, ut ex hoc dictum Archi-Cancellariatus officium, nec non Insignis Fuldensis Ecclesia tamquam nobile membrum Imperii propensius honoretur.

Signum Serenissimi Principis et Domini, Domini
KAROLI Quarti Romanorum Imperatoris
invictissimi et Gloriosissimi Boemie
Regis.



Testes

TEstes hujus rei sunt *Magnificus et Excellens Rudolfus Dux Saxonie, Sacri Romani Imperii Archi-Mareschallus. Venerabilis Arnestus Pragensis Archi-Episcopus. Bertrandus Apertenensis. Johannes Olomocensis. Theodericus mindensis, et Prothiba Segniensis, Ecclesiarum Episcopi.* Nec non *Illustres Johannes Moravie, Fridericus Misnensis, Marchiones Bolko Svidnicensis, Nicolaus opavie et Ratiboriensis, Conradus Olesnicensis, Bolko Falkembergensis, Bolko Opoliensis, Primislaus Teschiniensis, Duces et Spectabiles Burghardus Burg-Gravinius Magdeburgensis magister Curie, et Albertus de Anhalt Comites, ac Nobiles Jescho de Wartemberg, dictus de Wessel, Supremus Camerarius. Andreas de Tuba supremus Zudarius, et Wanko de Wartemberg, Supremus Pincerna Regni nostri Boemie et alii quam plures nostri Fideles, presencium sub Imperialis Majestatis nostrae sigillo Testimonio litterarum.* Datum Prage. Anno Domini millesimo trecentesimo quinquagesimo sexto. Indictione Nona V. Idus Junii Regnorum nostrorum Anno Decimo, Imperii vero Secundo.

Per-

DE ARCHI-CANCELLARIATU.

41



F

Per spesimus ex aperta lectione Diplomatis, dignitatem Archi-Cancellariatus in Henrico Abbatte confirmatam non tantum privilegium personale esse, sed ad omnes ipsius Successores transire cum omnibus sibi annexis seu dependentibus honoribus, utilitatibus, juribus & consuetudinibus, quibus etiam nominibus ea exprimi consueverint: Et licet ex priorum Imperatorum Diplomatibus specificabile non sit, qualia hujus dignitatis jura præcise fuerint, nec aliunde sat constet ex actibus Coronationis Augustarum, qualibus cum circumstantiis olim suo munere fungi solitus sit Augustæ Archi-Cancellarius. Hinc tamen argumentari non licebit nulla omnino fuisse, cum verisimile non sit, imo absurdum dicere, Carolum Imperatorem gratis commemoratum fuisse privilegia, libertates, immunitates & gratias, quibus Archi-Cancellarii Imperaticum seu Reginarum hactenus jure vel consuetudine freti sunt. Proinde in hac re dilucidanda inspiciendum veniet, qualia jura & prærogativæ Imperii Archi-Cancellario tribuantur, quoad negotia Romani Imperii, item quales sint ejus partes in Coronatione Imperatoris, de quibus vid. Herman. Kirchnerum *de off. & dignit. Cancell.* item Malinkrotium *de Archi-Cancellariis.* Easdem prorsus & similes partes assignamus Archi-Cancellario Augustæ in negotiis & Coronatione Imperi-

Imperatricis; Tale de cætero erit ejusdem officium, dignitas, jura & prærogativæ. Præterea Clemensissimus Imperator haud contentus confirmare præterita jura Abbatibus, sic prosequitur: *Et ne tantæ tuæ virtuti cuius splendore gratissimo in nostris oculis clariſti, ſolum videamur approbare præterita, & de his providiſſe duntaxat, quæ prædeceſſorum tuorum industria ab ipſo ſacro Imperio diligenter ſtuduit obtinere, ſed ut ſub faſili noſtro Regimine juxta tuæ probitatis merita novis gratiarum muneribus tuo repondeatur affectui, & ob tui memoriam dicta Fuldenſis Eccleſia novis Imperialium donorum Inſigniis inclarescat; Decernimus quoties Imperatricem coronari, aut in vefe imperiali ſedere vel ſtare contigerit. Tu & dicti Succelfores tui Coronam ſuam quotiens more vel ordine poscente a Capite ipſius deponi debuerit, & deponendi eandem ac tenendi & etiam reponendi, quoties neceſſe fuerit, fungi debeatis officio;* Unde ſatis liquet quo tempore, qua occaſione & quibus modis Princeps Fuldenſis officio Archi-Cancellariatus fungatur; ſed de hoc ſectione altera.

QUÆSTIO JURIDICA.

An medicis corpora punitorum ad anatomiam concedenda ſint, iisque liceat pinguedine humana uti ad medicamenta?

QUam magni ponderis ac momenti medicina ſit, & quan-

topere illis favendum, qui ad illam non perfunctorie, nec

F 2

dicis

dicis causa, sed vere & ex principiis suis addiscendam contendunt, nemo profecto dubitavit, cui chara fuerit sua salus & in columitas, qua qui caret, nescio an vitam ipsam jure possit gratam existimare. Cum vero perfecta medicinæ cognitio non magis absque anatomicis dissectionibus comparari, quam vera alterius cujusdam artis scientia absque ipsiusmet proprii & genuini subiecti notione quæri possit, parum hæsito concludere: Medicis denegandam non esse inspectionem lacerorum corporum ipsis tantopere necessariam, proinde potentibus corpora punitorum ad anatomiam concedenda esse. Ita eleganter docet Suarez in not. ad gomes. tom. 3. var. resol. cap. 14. n. 9. l. c. Tum quia dissectione illa a medicis publici boni causa suscipitur, ut hac consideratione & inspectione in conservandis & curandis vivorum corporibus peritiiores efficiantur, adeoque varios partium humani corporis affectus bene dignoscant, melius curent, optime qui evasuri aut non evasuri sint, prædicant; de qua anatomia utilitate vide Tobiam Knobloch. in præfat. disput. anatom. Atqui quod utilitatis publicæ causa fit, quantumvis in contumeliam alterius cedere videatur, non tamen redarguendum est, minus Magistratus corpora punitorum ad hunc finem extradentes injuriarum actione conveniri possunt L. 33. ff. de injur. Tum quia Cadavera punitorum cuivis petenti concedenda sunt ad sepulturam, L. f. ff. de cadav. punit. Ideoque vel maxime medicis non erunt deneganda, utpote quorum beneficio sepeliuntur: Hi enim partium omnium dissectione & inspectione perfecta reliquias hominis non sine funerali processu justæ sepulturæ tradere solent, testante Ripa in tract. de peste Capit. de remediosis preservat. contra pestem num. 142. in fin. Tum postremo quia operætæ quae ex corporibus illis reservantur, ossiumque ista artificiosa compago et quotidiana ejus inspectio ad multa nobis conducit; Primo namque subjicit, revocatque in memoriam nobis miseram nostram conditionem, fragilitatem & imbecillitatem

tatem; Deinde prodest nobis ad considerationem admirandæ & stupendæ sapientiæ Creatoris Dei optimi maximi ceu Architæti & Artificis omni alio incomparabiliter excellentioris & prudentioris; Denique invitat & instanimat, hæc consideratio ad ardenter seriamque gratiarum actionem, quæ ipsi inimitabili opifici pro summis immenfis & diuinis in nos largissime effusis beneficiis debetur: unde & illud consequitur, quod Medici in foro conscientiæ pinguedinem hominis ad sectionem concessi pro salute aliorum, sicut publicæ utilitatis causa fibi reservare & adhibere possint. Quæ ratio fuit, quare S. Franciscus Salesius ultimus Genevenium Episcopus, referente scriptore, in ejus vita, per testamentum ordinavit, ut postquam vivis excederet, Corpus suum anatomicis examinationibus subjeceretur, quatenus mortuus etiam proximi saluti deservire possit. Hac de causa in Angliæ Regno reis, quorum ultimum supplicium suspendio terminatur, indultum est, ut Corpora sua Medicis ad anatomicam vendere valeant, redactoque inde pretio residuum vitæ si non late, saltem laute transfigere: Quæ tamen licentia non promiscue omnibus data est, sed iis tantummodo qui laqueo suspendendi veniunt, non ita publicarum viarum de prædatoribus, qui catena suspensi solent. Quare etiam emptores Medici cäute mercari & provide explorare consueverunt, qualibus cum circumstantiis reus suspendendus sit, ne in ipsa emptione decipiantur, quibus nullus de evictione regressus superesset. Neque absterrere deberet, quod scđum videatur cadaver sanguine & sanie contaminatum manibus contrectare, & crudelè, carnificum ad instar corpus humanum dilaniare; Talis enim corporis spurcities paucula aqua, animæ vero ignorantia ne toto quidem oceano ablui poterit, proindeque animo non corpore metienda venit foeditas: sed & crudelius est propter imperitiam & ignorantiam vivos excruciare & occidere, quam paucorum cadavera præter noxam ad multarum gentium inqui-

renda auxilia dilacerare. Nec iniquum videri debet, ut postquam delinquens debito supplicio affectus est, poenamque promeritam decretamque sustinuit, ulteriori poena per ignominiosam cadaveris dilacerationem afficiatur *contra L. 11. ff. de pœn.* nam supra jam demonstratum fuit ignominiosum haud censeretur, quod publicæ utilitatis intuitu contingit; & quod communiter omnibus prodest, id fieri debet, quantumvis cum incommodo alicujus privati conjunctum existimetur, sicut rescribit Justinianus *L. un. §. bœc autem 14. vers. sed quod C. de Caduc. toll.* dixi punitorum, unde tacite indicare volui illorum opinionem me haud probare, qui vivos etiam ad anatomicam concedendos esse statuunt, licet enim vivi & spirantis adhuc inspectio videatur magis medico conducere, ut sciat qualis in vivo homine sit interna viscerum dispositio, Religio tamen non patitur, ut morituri inter tantos cruciatus desperatione futura etiam vita spem misere amittant, nec convenit ut executio, quæ Carnifici incumbit, Medico demandetur, cuius ars ad salutem hominum pertinet, non ad perniciem *L. 1. §. 1. ff. de extraord. cogn.*

SECTIO QUARTA

DE DIGNITATE ET OFFICIO ARCHI-CANCELLARII FULDENSIS.

Superioribus Locis non spernendis rationibus evictum fuit, Principem Fuldensem non alia de causa olim cum Archi-Episcopis etiam de sessionis prærogativa contendisse, quam ob eminentem qualiter fulgeret Augustæ Archi-Cancellariatus dignitatem, propter quam ex antiquo privilegio habeat, ut in præcellentibus festivitatibus ad dexteram Imperatoris confideat. *v. Pfeffinger. ad Vitriar. L. 1. Tit. 15.*

§. 16.

§. 16. ita referentem ex *Wilhelmo Malmesburiensi* atque hujus rei exempla & testes fuse afferentem; De qua dignitate sicuti de aliis muneris hujuscē partibus nunc ex professo tractare materiae series expostulat. Fluit autem tam eminens dignitatis hujuscē prærogativa ex ipsius muneris ratione & partibus, quibus fungitur Abbas Fuldensis tam in Coronatione Imperatricis, quam alias quoties solennis curia congregari solet & Reginam in Veste nuptiali aut regia sedere contingit, ut tum ejus Archi-Cancellarius Abbas Coronam imponendi, deponendi, quoties id necessitas vel consuetudo suaserit, jus habeat & facultatem, sicuti Carolino Diplomate clare provisum est; quæ omnia Abbas expedire non posset, nisi proximum ei a Regina assignaremus locum; Profecto non alio loco Archi-Cancellarium Imperatricis collocandum suadet sana ratio, quam quo loco statuitur Imperatoris Archi-Cancellarius, qui cum primum ab Imperatore locum procul dubio obtineat, similem & primum ab Imperatrice locum ejusdem Archi-Cancellario assignare quid prohibet? Hujus muneris potiores partes, cum ad Coronationem Imperatricis pertineant, videamus nunc, quidnam officii in diversarum Imperaticum Coronationibus Abbates Fuldenses ex recentioribus aliqui præstiterint. Primo igitur in Coronatione Annae Imperatoris Matthiae Con-

Conjugis Anno 1612. Joannes Fridericus Abbas Ful-
densis per Legatum interfuit, teste Goldasto, derent
Politischen Reichs-Händlent p. i. c. 13. haben die Geift-
liche Chur-Fürsten sambtlich Ihr die neue guldene
Cron auffgesetzt &c. nach gesungenen Agnus Dei
und geschebener Ablution ist der Suffraganeus
Moguntinus zu dem Altar getreten, allda die an-
dere Geiftliche Chur-Fürsten der Königin die Cron
von Haubt gehaben, und dem anwesendem Fuldischen
Gesanten zu halten zugestellt. Ita in Inauguratione
Mariæ Conjugis Ferdinandi Tertii Anno 1636. Ra-
tisbonæ peractæ absente Archi-Cancellario ejus
vices obivit Abbas Murbachensis: Hat an statt des
Herrn Abbs zu Fulda (Georgii Hermanni a Neü-
hoff) als der Römischen Königin Canzlers &c. in
seinem Geiftlichen Habit infulirt, der Abbt zu Mur-
bach auffgewardtet, welcher so oft von Chur-
Cöllen der Königin die Cron abgehoben worden, sel-
bige auff ein in Händen gehabtes Küssen empfan-
gen, und also an seinem Orth damit stehend verblie-
ben; Und ist austrücklich bedinget worden, das
diese des Abbs Bedienung dem Stift Fulda an sei-
nen disfals habenden Rechten keines wegs præju-
diciren soll, ut cavet Extractus aus dem Chur-Main-
ischen Protocoll Anno 1639. in Coronatione Regi-
næ prout illum allegat clariss. D. Waldschmidt in d.
Dissert. pag. 55. vid. etiam Carp. d. L. Reg. Germ.

cap. II.

cap. II. sect. II. §. 21. junge Fritschium tract. de *Augusta c. 3. p. 20.* Item Coronationi Mariæ Eleonoræ Imperatoris Ferdinandi III. Conjugis Anno 1653. celebratæ astitit in propria Persona Joachimus Abbas Fulensis sequentem in modum: *Es wurden Ihre Majestät die Römische Kaiserin durch Ihre Fürstlich Fürstl. Gn. Gn. Herrn Abtten zu Fulda als einer Römischen Kaiserin Erz-Canzlarn ... zum Altar begleitet ... da Ihr dann von Ibro Chur-Fürstlichen Gnaden zu Mainz die Kaiserliche Cron mit besonderen Benedictionibus auffgesetzt, wobey ... Ihr Fürstliche Gnaden Herr Abbt zu Fulda zugleich mit Hand angelegt, und gesprochen: accipe Coronam &c. Wie dann auch Ihre Fürstliche Gnaden des Römischen Reichs Fürst und Abbt zu Fulda, als der allerdurchbleüchtisten Römischen Kaiserin Erz-Canzlar per Germaniam & Galliam Primas nach beschebener Crönung allzeit gedachte Cron der Allerdurchbleüchtisten Römischen Kaiserin abgenommen, auffgesetzt, und processionaliter aus der Kirch nach Hoff getragen.* Ut habet *Theatrum Europ. Tom. 7. pag. 368.* Denique cum Augusta Imperatrix Eleonora Magdalena Theresia Augustæ Vindelicorum coronanda esset, sequentes litteræ invitatoriæ a Leopoldo Imperatore ad Placidum Abbatem Fulensem emanarunt:

G

LEO-

LEOPOLD von Gottes Gnaden erwählter Römischer Kaiser, zu allen Zeiten Mehrer des Reichs ic.

Gewürdiger Lieber Andächtiger: Wir mögen Dr. And. Gnädigst nicht verhalten, was massen wir, bey allhiesiger Anwesenheit unser, und des allhier versammelten Churfürstlichen Collegii gnädigst resolvirt haben, wenig Tag vor oder nach der auf den achtzehnten nechst instehenden Monath's Januarii von besagtem Churfürstlichen Collegio anno bestimmbten Wahl eines Röm. Königs und künftigen Kaisers, auch die Krönung unserer Freundl. Geliebten Gemahlin der Röm. Kaiserin Ebd. vor sich gehen zu lassen.

Wann wir Uns nun gnädigst erinnern, daß ein zeitlicher Vorsteher des Stifts Fulda kraft seines bei einer Röm. Kaiserin tragenden Ambs und habender Privilegien, dergleichen Actui beyzuwohnen pfleget, wir auch sonst De. And. gnädigst gern dabey sehen mögten.

So haben Wir dieselbe zu sothaner Solennität gnädigst hiemit einladen, und erfordern wollen, und wird Uns zu sonderbaren Gefallen gereichen, wann sie wegen Enge der Zeit so wohl als Quartiren, sich allhier vor dem sechzehenden ermelten Monath's Januarii

nuarii, als auf welchen Tag wir diese Eröning vorzunehmen gesinnet seyn, mit einen geringen Comitat einfinden könnten: Und wir verbleiben in Erwartung zuverläßiger Antwort bey zurück kommendem Courier Dr. And. mit Kayserl. Graden, und allem Guten wohl behgethan. Gegeben in unserer und des Heiligen Reichs-Stadt Augspurg den neun und zwanzigsten Decembris Anno sechzehenhundert neun und achtzig, unserer Reiche des Römischen im zwey und dreyßigsten, des Hungarischen im fünff, des Böhmischen im vier und dreyßigsten.

Ad Mandatum Sac. Cæs. Majestatis proprium.

Ad quales invitorias Abbas Placidus ad Locum Coronationis se contulit, ibidem ut Archi-Cancellarius Imperatricis suo officio functurus. Verum cum Abbas jus Coronam imponendi sibi soli & privative vindicaret, orta est inter ipsum & Electores Trevirensem & Colonensem contentio, negantes hoc jus Abbatii privative competere; Et licet hic non appareat quo prætextu nominati Electores jus Principis Fulensis in disceptationem vocare potuerint, non solum contra claram dispositionem Caroli IV. quam præjudicium proxime præcedentis Coronationis Mariæ Eleonoræ, ubi de munere imponendi Coronam dictos Electores nihil participasse, superius ex relatione Theatri Europæi ap-

G 2

paruit:

paruit: interim tamen cum nec locus nec instans solennitas pateretur de hac controversia per viam juris cognoscere, Principi Fuldensi jus salvum & integrum sequenti Diplomate reservatum fuit.

SICIR LEOPOLD von Gottes Gnaden, erwählter Römischer Kayser, zu allen Zeiten Mehrer des Reichs, in Germanien, zu Hungarn, Böhmen, Dalmatien, Croatia, und Slovoniens König, Erz-Herzog zu Oesterreich, Herzog zu Burgund, Steyer, Kärnten, Crain und Württemberg, Graff zu Tyrol: Urkunden und fügen hiemit zuwissen allermöglich. Nachdem sich bey der vor wenig Tagen alhier in unserer und des H. Reichs Stadt Augspurg vollbrachter Razserl. Erönung unserer Freundlich Geliebten Gemahlin, der Durchleuchtigsten Fürstin, Frauen ELEONORÆ MAGDALENÆ THERESIÆ Römisch. Kayserin in Germanien, zu Hungarn, Böhmen, Dalmatien, Croatia, Slovoniens c. Königin, Erz-Herzogin zu Oesterreich, gebohrnen Pfalz-Gräfin bey Rhein, und Erz-Herzogin in Bayern, zugetragen, daß der Ehre würdige unser und des Reichs Fürst, und Lieber Andächtiger PLACIDUS Abbt zu Fulda Höchstgedachter unser Freundlich Geliebten Gemahlin der Röm. Kayserin Erz-Canzler, krafft desß von unserm Vorfahren am Reich Kayser CARL dem Vierten Glorwürdigsten

würdigsten Andenkens, Weyl. Heinrichen Abbtten und Fürsten des Stifts Fulda, und dessen Nachfolgern am Stift Anno dreyzehenhundert und sechs und fünfzig ertheilten Special-Privilegii, und darüber aufgefertigten Diplomatis prætendirt, daß einem zeitlichen Abbtten zu Fulda bey jederweiliger Kronung einer Röm. Kayserin, oder wo selbige in Kayserlichen Ornat öffentlich erscheinet, gebühre die Kron von dero Haubt, so oft es die Nothdurft der Gewohnheit erfordert, allein abzunehmen, zu halten, und wieder auffzusehen. Sr. And. Vorfahren am Stift Fulda, auch so oft selbige dabei in Personen erschienen, in dessen ruhiger Possession ohnbeeinträchtiget gelassen worden seyn, mithin Thro solches auch bey diesem Kronungs-Actu und Solennität allein zu verrichten, zukomme: deme aber die beede anwesende Chur-Fürsten zu Trier und Cöllen contradicirt, und hierinfalls für sich einige Befugniß behaupten wollen; Und nun dieses in der Eyl gebührend zu erörteren, und zu entscheiden die Zeit zu kurz gefallen; Dannenhero wir gnädigst verordnet, daß für dießmahl gedachter beider Chur-Fürsten zu Trier und Cöllen Ebd. diese Function zwaren verrichten, solches aber dem Stift Fulda und dessen Vorfahrern weder jeho, noch künftig zu keinen Nachtheil, Präjudiz oder schädlichen Consequenz gereichen, noch allegirt werden solte; Welches dann auch anfangs ernandten

G 3

Abbtens

Abbtens Andachten zwaren auf unterthänigsten Respekt, und umb den Kronungs-Actum dadurch nicht auffzuhalten, jedoch mit geziemender feierlicher Protestation, und Verwahrung seines Rechtes geschehen lassen: Als haben wir auf mehr gedacht Sr. And. demuthigstes Ansuchen darüber gegenwärtiges Attestatum auffertigen lassen, attestiren und erklären auch hiemit wissentlich, und krafft dieses Brieffs, daß, was wir obgedachter massen für dießmahl verordnet, und obernandte beyde Chur-Fürsten mit Abnehm-Halt- und wieder Auffsetzung der Kayserl. Kron bei dieser Function an statt des Abbtens verrichtet haben, mit dem auftrücklichen Vorbehalt geschehen, daß solches zu keiner Consequenz jemahlen angezogen werden, noch dem Abtten und Stift Fulda an seinen habenden Rechten und Besitznüssen, welche, und in specie oberwehnte von unsern Glorwürdigsten Vorfahren CAROLO IV. auf Sr. And. und dero Successores am Stift derivirte und dem Verlaut nach ohne Unterbruch genossene Privilegia Wir auf gutem Recht, rechtem Wissen, und Kayserlichen Macht, Vollkommenheit vielmehr allergnädigst confirmiren und bestättigen, als im geringsten davon ichtwas zu entziehen oder zu benehmen, gemeint seyn, auf einigerley Weise præjudicirlich seyn solle. Urkund dieses Brieffs besiegelt mit Unserm hervorgedruckten Kayserlichen Secret-Insigel, so geschehen in unser und des

H. Reichs



H. Reichs Stadt Augspurg den ersten Februarii
Anno sechzehenhundert und neunzig. Unserer Reiche,
desß Römischen im zwey und dreyßigsten, desß Hun-
garischen in fünf und dreyßigsten, und desß Böhemi-
schen im vier und dreyßigsten.

Ad Mandatum Sac. Cœf. Majestatis proprium,
C. F. Consb.

Quibus præmunitus Abbas Fuldensis munere
suo functus est, ut sequitur ex Sigismundo Ferrario
in descriptione Coronationis ELEONORÆ & JOSEPHI
part. i. cap. ult. pag. 83. & 84. Es wurde die Reichs-
Cron dem Herrn Abt von Fulda gereicht, und
von diesem dem Herrn Consecratori, welcher selbige
Ihr Majestät der Kayserin solennissime auffgesetzt,
in wehrenden Auffsezen aber berübreten auch zu-
gleich die Cron die zween Herrn Assistenten (Ele-
ctores Trevirensis & Coloniensis) und der Herr
Abbt von Fulda mit dieser Anred: Accipe Coro-
nam Gloriarum, ut scias esse Consortem Regni &c.
Nach geendigter Communion hat man die Kayserin
an vorigen Orth wieder gebracht, der Herr Abbt
von Fulda setzte derselben die Cron auff, Chur-
Trier und Chur-Cöllen gaben den Scepter und den
Reichs-Apfel in die Händ, und wurde hiemit die
Mess geendet. Qualis vero ista Corona sit, qua
Imperatrix inaugurator omnino liquidum non est;

nos

nos præteritis aliorum opinionibus novissimo
præjudicio Coronationis Eleonoræ Magdalenaæ
Theresiaæ piæ memoriæ inhærentes dicimus, ean-
dem Coronam, qua Caput Augusti redimitur in
Coronatione, etiam adhiberi in Coronatione Im-
peratricis, ita referente Theatro Europæo part. 13.
pag. 1138. & seq. Das der Herr Abbt von Fuld die
Kayserliche Cron, so von Nürnberg mit vielen So-
lennitäten nacher Augſburg, und an Tag der Crö-
nung in die Domb-Kirchen gebracht, und denen
Geiftlichen Herrn Chur-Pürſten allda eingelieffert
worden, aus der Sacrifey erhoben, und auf einen
sammeten Küſſen in die Kayserliche Retirada ge-
bracht; Item die Reichs-Cron babe dero Erz-
Canzlar Herr Abbt von Fuld, dem Herrn Conſe-
cratori gereicht.

Porro non tantum in Coronatione, sed &
quoties Imperatrix in veste Regia comparet, Ab-
batem Fulensem eodem officio imponendi & de-
ponendi Coronam fungi, patet ex ſæpe laudato
Diplomate. Verum non prædictis tantum fun-
ctionibus concluditur officium Archi-Cancellarii
Augustæ, cui ampliſſimus ſe aperit Campus in aliis
quibuscumque negotiis Serenissimæ ſuæ Principalis
expediendis, quæ ut in ſumma referamus, dicimus:
quæcumque jura Cancellariis, de quibus late Kirch-
nerus in tract. de officio & dignitate Cancell. in aulis
summo-

summorum Imperatorum competere solent, eadem quoque Principi Fuldensi in aula Imperatricis competere; Idcirco si quando contigerit inter aulicos Imperatricis controversiam oriri, Jurisdictio in decidenda causa ad Archi-Cancellarium ejus pertinebit. Ita contentio illa, quæ superiori saeculo inter Augustæ supremam Magistram & Conjuges Principum Sacri Romani Imperii Regentium oborta est ratione praecedentiae, de quo Fritschius c. 1. 4. p. 37. & Schmid. im Audienz-Saal p. 67. ad Augustæ Archi-Cancellarii Judicium referenda fuit. Sic dubium non est cum Augusta jure Archivi & Cancellariæ gaudeat, idque non vivo solum, sed & mortuo Imperatore vid. Burch. Gotth. Struv. *in differt. de Rege Rom. & Augusta* §. 11. *in f. id quod Fritsch. in pecul. tract. latius exponit* Cap. præsertim 8. & C. quin Archivi hujus custodia ad ejusdem Archi-Cancellarium pertineat. Quare Goldastus in dedicatione tomii II. deren Reichs-Händlen Imperatricem Annam, Matthiae Imperatoris Conjugem admonuit de Archivo instituendo, ejusque directorio Fuldensi Principi suo Archi-Cancellario concredendo: Sunt etenim Augustæ egregia jura & privilegia, quibus tuendis & conservandis Archivum perquam necessarium est. Et quemadmodum Moguntinus Elector Sigillorum Imperii, qua Archi-Cancellarius, Custos est & Depositarius, Sveder.

H

Inst.

Iust. Juris publ. sect. speciali P. i. c. ii. §. 44. Ita pariter Sigilli Augustæ custodia ad ipsius Archi-Cancellarium spectat: Permittamus enim Imperatricem hodieum minus, ac olim de summo Regimine participare, ut sentit clariss. D. Waldschmidt *Nicæa Dissert. §. 2.* quoties tamen in rebus ad se pertinentibus aliquid egerit, id fide & authoritate sui Archi-Cancellarii sustineatur necesse est, ad mentem authoris des *Europäischen Heroldes Part. I.* p. 149. Ob gleich eine Römische Kaiserin keine Reichs- und Staats-Sachen vor sich habe, hat sie dennoch ihre Correspondenz in Freud und Leyd Fällen, und werden öfters durch das Frauenzimmer die wichtigste Sachen mit überlegt, die Regulirung ihrer Hofstatt, dero Erölung, Leibgeding, jus primariarum precum, Übung dero Privilegien und Vorzügen, und dergleichen, erfordern wohl einen Vice-Canzlar, und dessen Directorem den Erz-Canzlar. Sique contigerit Imperatricem alicui gratiae rescriptum impertiri, ejus subscriptio & authentizatio sine dubio ad Archi-Cancellarium pertinebit: & licet rarum valde sit invenire Archi-Cancellarios Augustarum litteras subscriptisse, ex eo tamen non infertur talem facultatem eisdem non competere; Idem namque advertitur, quoad Archi-Cancellarios Imperii, quorum subscriptiones in Cæsareis Diplomatibus quoque raræ sunt, nec tamen inde quispiam intulerit

lerit hujusmodi subscribendi facultatem ipsis quoad Diplomata Cæsarea præscriptione esse ademptam. Adhuc tamen in re tam difficulti ita egeni non sumus, ut non liceat aliquas hujusmodi subscriptiones allegare, quæ si non ab ipso Archi-Cancellario Augustæ, saltē ejus nomine a Vice-Cancellario exaratae sunt. Harum duas habemus in binis Epistolis Eleonoræ Lusitanæ Friderici III. Imperatoris Conjugis, quas Speculum Austriacum exhibit *L. 3. c. 13. pag. 65-9.* ubi loco Archi-Cancellarii Pantaleon Ruef Vice-Cancellarius subscriptis. Quales subscriptiones tempore Caroli IV. non ita raras fuisse, inde suspicamur, quia Archi-Cancellarius Augustæ ut plurimum in aulatum præsens esse debebat, id quod colligimus ex alio Diplomate Caroli IV. ubi præsentiam Abbatis summe præstolatur quatenus ad aulam Imperatoriam se conferret, ibique in officiis Augustæ continuo perseveraret, ex quo Diplomate cum clare pateat Archi-Cancellarii dignitatem non nudo verborum sono aut prælatione tituli terminari, sed in ipsis rerum argumentis obtinere, ejus tenorem merito hic subiicimus:

Wir Karl von Gotis Genaden Römischer Kaiser zu allen Zeiten merer des Reichs, und Kunig zu Bohem, embieten den Hoch-geborenen Fridrichen, Baltazar, und Wilhelm, marggrafen zu meyßen,

H 2

vnsern

vnsern lieben vheymen vnd Fursten, vnsrer Genad
vnd allis gut, Wann der Erwir dige Heinrich Apt
zu Folde, der Romisschen Keiserinne Erz-Canceler,
vnsrer liebir Furste und Hofgesinde Evvch seynes
Furstentums, gutes, Lande, Levte, und seyn
Eren glaubet hat, vnd alle seyne Sache in Zuuer-
sicht guter Trevven, zu euch also gargesetzit bat,
das ym nymant bliben ist, bey dem er, trost, hulfe,
odir Rat, nur bey euch alleine, in dheine oveis suchen
odir vinden muge, so bieten wvir, evvir Liebe ernst-
lich und mit allen Fleizze, das ir ym alle seyne Sa-
cken, bey namen uff diesem tage, den er izunt bey
euch suchet, und just in andern seynen notdurften,
also vsrichten vnd enden vvollet, als er euch ge-
trevlich und ane geverde glauvbet hat, vnd als
euch liep sey, das euch sulcher tugende, Got, vnd das
Reiche, dancken sülle, wann vnsr meynunge ist, das
er kurtzlich vvider zu vns kume, in vnsr vnd der
Keiserinne dienst zu bleiben, geben zu Nuremberg
an dem nehsten donrestage nach Sent Michels tage
des heiligen Erzengels, vnserr Reiche in dem
funf vnd zwentzigsten, und des Keisertums in dem
sechzendem Jare.

Huc pertinet aliud Rescriptum ejusdem Imperatoris, in quo non tantum dignatur Abbatem Henricum Archi-Cancellarii Augustæ titulo appellare

lare, sed & singularem sollicitudinem pro tutela & conservatione Ecclesiae Fuldensis demonstrat, ut proinde piaculum foret, ejus exarationem hoc loco negligere.

Wir Karl von Gots Gnaden, Romischer Kaiser zu allen Zeiten Merer des Reichs, vnd Kunig zu Beheim, bekennen, vnd tun kund offentlich mit diesem brieff allen den, die yn seben oder horen lesen, daz vvir in sulcher meynunge als vvir steteclich begern, Frid und Gemach zu meren, und ubeltetig Lüte zu stören, dem Ervvirdigen Heinrich Apte zu Fulde vnserm Lieben Andechtigen Fursten vnd heimbliechen Rate, der durchleuchtigsten Annen Romischen Keiserin, zu allen Zeiten Mererin des Reichs, vnd Kunigin zu Beheim, vnser lieben Gemahel Erz-Canzler in ganzem Ernst beuohlen haben, daz er vns vnd dem heiligen Reich zu sulchen Sachen beholzen sey, als er uns und dem Reich des pflichtig ist. Nu ist vns furkommen, vvie etliche desselben Aptes, und seines Stiftes manne, yn, und seinen Stifte ir leut, und gut oft angreifen, und vvider ihr trevv und eide beschädigen vwo si mugen, des geben vvir im ganze macht mit diesem brieff, daz er alle seine, vnd seines Stiftes man, die sulcher Missethat vberwunden fint, oder noch überwunden werden, oder der Schuld in denselben dingen offenbar vviz-

H 3

zenclich

zenlich ist, oder vvert, mit seinen freunden, held
 feru, und dienern mug angreisen vnd strafen. an
 iren Vesten und guten als er beste mag, und so daz
 an kost nicht geschehen mag, so Wollen vrin, und
 setzen mit Keiserlicher macht uz rechter vrvizzen,
 daz alle Vesten, gut vnd leben, die er sulchen un-
 gerechten Leuten seinen und seines Stiftes mannen
 angevinnet, sein, vnd seines Stiftes eigen evvliclich
 sein, vnd die verleihen, vnd geben vvir ym vnd seinen
 nachkommen, vnd dem obgenanten Stifte zu Fulde,
 also daz sie dieselben nemen, haben, nutzen, vnd
 besitzen zu rechten leben, von vns, vnd dem Reich,
 in alle der Weis Rechten und Wirden, als sie ander
 ir leben von dem Reich halden, und herbracht ha-
 ben, mit Vrkund diez briefs versigelt mit vnserm
 Keiserlichen Majestat Insigel. Der geben ist zu
 Nuremberg nach Crists geburt dreuzenhundert
 Jar, darnach in dem Eyn, Vnd sechzigsten Jar.
 Am Suntag vor Sand Jürgen Tag, vnserer Reiche
 in dem funfzebenden, vnd des Keisertums in dem
 fibenden Jare.

Per Domnum Cancellarium
Nicol. de Chrems.

B. Johannes Budwicen.

Accedunt aliorum etiam Imperatorum Di-
plomata, quibus Principes Fuldenes Augustæ Ar-
chi-Cancellarii salutati sunt, ita Sigismundus Im-

datus

H.

perator

perator in Diplomate de Anno 1417. quod adducit clariss. D. Waldschmidt *in dict. dissert. fol. 47.* ita fat-
tur : der Ehrwürdige Johannes Abbt zu Fulda, der
Römischen Königin Erz-Canßlar, unser Fürst und
Lieber Andächtiger. Fuit is Joannes hujus nominis
I. ex Gente Merlawia. Extat aliud Joannis II. Abba-
tis ex Domo Hennebergica, quod datum Anno
1480. sic habet : *Joannes Dei & Apostolici Sedis
Gratiâ Abbas Monasterii Fuldensis. Serenissimæ
Dominæ Imperatricis Archi-Cancellarius publice
per præsentes recognoscimus &c.* Item Diploma
Rudolphi II. datum Anno 1611. ubi Balthasarem
Abbatem Fuldensem vocat : *Dominæ Matris no-
stræ per amandæ dñe Augustæ Archi-Cancella-
rium.*

Quibus freti Abbates Fulenses jam a Sæculo
XIV. hunc honoris titulum etiam in publicis sub-
scriptionibus suis professi sunt, sieuti exhibet Di-
ploma Caroli IV. de Anno 1358. Civitati Norim-
bergensi concessum, quod prôducit Fritsch. *in addit.*
ad Linnæijus publ. L. 7. c. 35. n. 17. cui inter testes
subscriptis : *Henricus Abbas Fulensis Serenissimæ
Anne Romanorum Imperatricis Archi-Cancella-
rius.* Idem asserunt geminae investiturarum litteræ
per illustris Familiæ de Göriz, quas Joannes & Phi-
lippus Abbates de Annis 1534. & 1548. impertiti
sunt, quarum primæ talem præferunt titulum : *Vir
Johan-*

Johannes von Ottes Gnaden erwählter und bestätiger Abt des Stifts Fulda, Römischer Kaiserin Erz-Canzler, durch Germanien und Gallien Primas, Graff und Herr zu Henneberg, allegante clariss. D. Waldschmidt dict. disserr. fol. 47. Ex quibus clare colligere licet illorum sententiam corruere, qui perhibent Principes Fuldenses ante Wolfgangnum hunc honoris titulum in usu non habuisse, quamvis negari non possit a Wolfgangni ætate usque huc eundem Ipsi magis familiarem fuisse, prout subscriptiones recessuum Imperii a Principibus Fuldensibus exaratæ abundanter evincunt, ita Recessus Augustanus de A. 1559. ab Abate Wolfgangno subscriptitur: *Von vvegen Wolfgang ervwälten und bestätigten Abt des Stifts Fulda Römischen Keyserin Erz-Canzlern durch Germanien und Gallien Primaten Conrad Greülich &c. Alter Augustanus de Anno 1566. Von vvegen Wolfgang bestätigten Abts des Stifts Fulda Römischer Keyserin Erz-Canzlern durch Germanien und Gallien Primatis. M. Lomersheim Spirensis. De An. 1570. Von vvegen Balthasar em ervwälten und bestätigten Abts des Stifts Fulda Römischer Keyserin Erz-Canzlers durch Germanien und Gallien Primatis. Johann Klauervon Webra. Item Ratisbonensis de Anno 1576. quem propria manu roboravit Balthasar Abt des Stifts Fulda, Römischer Keyserin Erz-*

Erz-Canzler. Item Ratisbonensis de Anno 1603. quem von wegen Balthasar Abtten zu Fulda Römischer Keyserin Erz-Canzlers durch Germanien und Gallien Primatis : Melchior vom Derenbach &c. signaverunt. Ratisbonensis de Anno 1613. cui ipsemet nomen apposuit *Johann Friderich Abt zu Fulda, der Römischen Keyserin Erz-Canzler, durch Germanien und Gallien Primas.* Item Ratisbonensis de Anno 1641. ubi von wegen *Herman Georgen Abten des Fürstlichen Stifts Fulda, Römischer Keyserin Erz-Canzlers, durch Germanien und Gallien Primatis : Henerich Wilhelm Freyherr von und zu Leradt &c.* Ratisbonensis de Anno 1654. cui ipsemet interfuit : *Joachim Abt des Fürstlichen Stifts Fulda, der Römischen Keyserin Erz-Canzler durch Germanien und Gallien Primas.*

Illud hoc loco notandum, quod Archi-Cancellarius etiam Summus Notariorum interdum appellatus fuerit, ut demonstrat locus ex du Fresne *Gloss. tom. I. p. 390.* Ubi Fridericus I. Imperator Archi-Episcopis Viennensibus Archi-Cancellariatum per Galliam Belgicam confirmat his verbis: Tibi vero Stephano Dilectissimo nostro Venerabili Archi-Episcopo dignitatem ab Antecessoribus nostris collatam indivisam conservantes recognoscimus; videlicet ut in Regno Burgundiæ sacri Pallatii nostri

Archi-Cancellarius & Notariorum Summus existas. Similiter Archi-Cancellarii & Archi-Capellani olim eadem videtur fuisse significatio secundum Malinkrotium de Archi-Cancellariis p. 7. & clariss. D. Waldschmidt dicta dissert. §. 8. provocantem ad du Cange qui indicem tradit Archi-Cancellariorum, qui simul et Archi-Capellani fuerint. Hoc tamen dubio non caret, cum contingere potuerit, utramque dignitatem in una persona concurrere, quæ tamen de se diversæ forent; hæc utcumque fint, certius est, post tempora ut dignitatum communicatio inter plures tanto commodius institueretur, discrimen inter utramque factum fuisse, quod & Speidelius agnoscit in *notabil. Voce Kayser n. 5.* Idcirco Ecclesiæ Fuldenſi nullatenus obstabit quod Clutenius in Sylloge rerum quotidianarum *n. 24. littera K;* vide etiam Struv. *dissert. de Reg. Rom. & August. §. 12.* referat, Abbates Sancti Maximini in Suburbiis Augustæ Trevirorum olim titulo Archi-Capellanorum Augustæ usos esse; Trevirenses insuper Archi-Episcopi, qui in jura Abbatum Sancti Maximini successere, hoc titulo dudum abstineverunt, ut licet Clutenio, qui tamen nec testem nec tempus specificat, crederemus, nullum tamen inde Ecclesiæ Fuldenſi hodieum supererisset præjudicium. Hoc quoque monendum, ut licet contigerit in Imperio Augustam non esse, vel quia Imperator impu-

impubes, aut cœlebs, aut viduus esset; propterea tamen dignitatem Archi-Cancellariatus ejusque prærogativas sotitas non fore; nam praeterquam quod Archi-Cancellarius Imperatricis etiam Aulæ imperialis imo ipsius Imperatoris Cancellarius sit, ut patet ex verbis diplomatis Carolini superius pag. 60. adducti: *Wann unser meinung ist, das er kürzlich wider zu vns komme in unser en und der Kayserin Dienst verbleibe!* Est porro officiorum Pallatinorum ac Imperii Romano-Germanici ea natura, ut ista perpetua sint cessantibus licet functionibus, quarum intuitu data sunt; Sic Elector Palatinus est, & manet Sacri Romani Imperii Archi-Thesaurarius, licet Thesaurum Imperii nullum habeat, quem vel custodiat, vel dispensem; Simili ratione Archi-Episcopus Elector Trevirensis Archi-Cancellarius per Galliam adhuc dicitur, licet Regnum Arelatense, cuius intuitu Archi-Cancellariatus iste cœpit, hodiernum extinctum sit: sunt enim talia officia ob bene merita indulta non propter functiones tanquam onus; nec ita cum functione connexa ut ea cessante & ipsa extinguantur. Est & aliud adhuc argumentum pro ista assertione ex diplomate Carolo desumptum, ubi ita fatetur Imperator: *Abbates supradictæ Ecclesiæ in possessione pacifica talis officii haec tenus ab origine & primæva fundatione Principatus & Dominii perstitisse, vid. superius pag. 37.*

Supposito jam, primordia Principatus Ecclesiæ Fuldensis, ut supra assertum fuit, a Sæculo decimo derivari, nihil tam certum est, quam per intermedia tempora usque ad Carolum IV. Imperium sæpiissime Augustis Imperatricibus caruisse; interim tamen adhuc Abbates continuo in pacifica possessione Archi-Cancellariatus Augustæ perstiterunt, quod permittendum non foret, nisi deficiente Augusta ipsa dignitas suspensa & interrupta foret. Hujus rei manifestum exhibemus exemplum *ex authore des Europeischen Herolds part. 1. p. 3. 81.* ubi ita habet: *Die Titulatur wird gefübt, wann auch gleich keine Römische Kayserin am Leben wäre, wie man das Exempel hat, bey dem Abt Wolfgang, der sich zur Zeit Kayser Ferdinand des Ersten, da die Kayserin Anna schon viele Jahr todt war, also geschrieben.* Verum si tempore Coronationis Augustae defunctus esset Abbas Fulensis, an dignitas Archi-Cancellariatus pariter remaneret penes Capitulum, Sede vacante, ut Legatum mittere posset ad functiones Archi-Cancellarii Augustæ in ejusdem Coronatione oeundas non ita expeditum videtur; sit proinde pro Coronide hujus Capitis

QUÆ-

QUÆSTIO JURIS PUBLICI.

*An Capitulum Fuldense Sede vacante Legatum
mittere posse ad Coronationem Imperatricis pro functionibus Archi-Cancellarii obeundis?*

Licet Capitulum Cathedrale (idem intelligimus de aliis Ecclesiis exemptis & ordinariam vel quasi Episcopalem jurisdictionem habentibus, ut est Fuldensis, quae Cathedralibus equiparantur) Sede Episcopali vacante loco Episcopi omnem jurisdictionem tam in temporalibus, quam in spirituibus exerceat cap. 14. X. de maior et obed. cap. 3. X. de supplend. neglig. prælat. Pyrring. de maj. Et obed. §. 2. n. 44. Plures tamen casus jure excepti sunt, quibus jurisdictione Episcopo competens, eo vita & officio decedente ad Capitulum non transit; nam primo in iis, quæ sunt potestatis delegatae licet à jure communī delegatio veniat, Capitulum non succedit *Glossa in cap. ad abolendam 9. de hæret.* Secundo Capitulum non succedit in potestate Episcopis concessa ratione dignitatis ac præminentiae *Cap. ult. de privil. in 6to.* Tertio nec in iis, quæ ex jure speciali seu privilegio competit *Abbas in cap. verum 7. n. 10. de for. comp.* Quarto quæ valde ardua sunt, & secundum consuetudinem Ecclesiarum solis Prælatis competere censentur, Capitulum expedire non potest *Leymann in cap. cum olim de major. et obed.* Quinto Capitulum non succedit in jurisdictione feudali, nec novum vasallum investire potest *Capit. verum juncta Glossa de for. compet.* Et licet alias Capitulum Sede vacante admittatur ad Comitia Imperialia; non tamen Capitulum v. g. Ecclesiæ Archi-Episcopalis admittitur ad Electionem Imperatoris vel Regis Romanorum, cum hoc jus eligendi quibusdam Archi-Episcopis Germaniæ ratione dignitatis eorum & speciali jure ac privilegio competit, ut ex Domin. Aromæo de Comitiis tradit *Leymann in cap. un. de sede vacant. in 6to.*

Inde probabiliter infertur Capitulum Moguntinum Sede vacante non habere jus convocandi Electores ad electionem Imperatoris, quod tamen vivo Moguntino vi aureæ Bullæ competit; cum Moguntinus hoc jus convocandi Electores habeat, tanquam Archi-Cancellarius Imperii, quod jus cum personale videatur, ad Capitulum Sede vacante devolutum dici nequit, ut hanc convocationem expediat ipsum Capitulum Moguntinum, ita sentit Pfeffinger ad Vitriarium L. I. tit. 6. lit. K. p. 803. Ita quoque communiter sentiunt de cæteris Electoribus Ecclesiasticis, in quorum jura Capitulum ita non succedat, ut Legatum ad Electionem vel Coronationem mittere possit, vide Wilhelm. Becker in Synopsi Jur. pub. L. II. c. 3. §. 3. Simili ergo ratione de Capitulo Fuldense statuendum esse videtur, ut illud Sede vacante Legatum mittere non possit, ad Coronationem Imperatricis pro functionibus Archi-Cancellarii ibidem obeundis: Quibus tamen non remorantibus firmiter tenendum esse arbitror, Capitulo Fuldense hoc jus competere, ut Legatum ad Coronationem Imperatricis mittere possit, qui vices Archi-Cancellarii subeat: quandoquidem extra omnem controversiæ aleam positum est, ipsum Abbatem Fulensem optionem habere, an partes suas in Coronatione Imperatricis per se ipsum, an per Legatum expedire velit; Cujus rei notissimum extat præjudicium in Coronatione Imperatricis Annae, Mathiae Imperatoris Conjugis, ad quam Abbas Fulensis Legatum misit, qui vices ejus ficeret, teste Goldasto, deren Politischen Reichs-Händlern pag. 105. Haben die Geistliche Chur-Fürsten sambtlich ihr die neue guldene Cron aufgesetzt, nach gesungenen Agnus Dei und geschehener Ablution . . . die Geistliche Chur-Fürsten der Königin die Cron vom Haupt gehoben, dem anwesenden Fuldischen Gesandten zugestellt. Jam vero Capitulum Fuldense in omnia jura & facultates ipsi Abbatii competentes transit dicto cap. 14. X. de maj. Et obed. Et c. 3. X. de

sup-

DE ARCHI-CANCELLARIATU.

71

supplend. neglig. prelator. etiam quoad illa, quæ ex privilegio & jure speciali in perpetuum concessa aut commissa sunt, Sanchez lib. 8. de matrim. disp. 2. n. 10. Potestas enim collata non intuitu personæ, sed dignitatis seu officii in perpetuum, qualis est Archi-Cancellariatus Augustæ censetur ordinaria, qualem Capitulum Sede vacante exercet, vid. Pyrring. de maj. §. 2. n. 45. Sic Capitulum Sede vacante pari modo est Status Imperii Frid. Mindan. lib. 1. de process. in Camer. extrah. c. 19. Georg. Schubart in disp. de austreg. concl. 3. litt. I. ad comitia vocatur, ac per ablegatum comparens ad sessionem consuetam admittitur, vid. Recessum Imperii de An. 1555. ibi Dechant und Capitul zu Minden: R.I. de An. 1559. Dechant und Capitul des Thumstiftis Freysingen. R. I. de An. 1654. Dechant und Capitul des Stiftis Worms: Sed & decisio legis publicæ exstat in Instrumento Pacis, art. 5. § 21. ibi: Sede vacante Capitula & quibus administratio cum iis coniunctim competit, ad universales & particulares deputationum, revisionum, aliosque Conventus Imperiales litteris solitis evocentur, & suffragii jure fruantur. Confer Pauermeister de jurisd. t. 2. c. 9. n. 115. & seqq. Wurmser exercit. jur. publ. 7. q. 3. Neque negotium facit, quod de Electoribus Ecclesiasticis et notanter de Moguntino ut pote Imperii Archi-Cancellario objectum fuit, quatenus Capitula Sede vacante partes Electorum in Electione & Coronatione per Legatum obire non possint, nam de his specialis potest esse dispositio, ipsis Capitulis hanc facultatem adimens, absque quod Capitulo Fuldense præjudicium afferat, cum enim similis exceptio quoad Capitulum Fuldense, neque in Aurea Bulla, neque in aliis Legibus Imperii doceatur, in Capitulo Fuldenfi nec statuenda est, eo minus cum hic versemur in materia privilegii Capitulo Fuldenfi maxime favorabilis, cuius exclusio pro tempore sedis vacantis æqualiter odiosa foret.

CAPVT

CAPUT SECUNDUM
DE

PRIMATU.

VOx Primas diversas admittit significatio-
nes, nunc Ecclesiasticam, nunc sacerdotalem
dignitatem denotans; sic Primates Regni
illi dicuntur, qui primas dignitates & ex-
cellentiora officia in Regni administratione obti-
nent. Tales sunt apud Gallos les Pairs de France,
apud Hispanos gli grandi di spagna, quo sensu Pri-
mates & Magnates in idem coincidunt. Ita apud
Ottonem Frisingensem L. 1. de gestis Friderici II.
Primates de eligendo Principe consultarunt; eodem
sensu apud Gewoldum p. 670. refert Welbertus
Imp. Conradi III. Capellanus, qualiter Primates
tam spirituales quam temporales examinantes
Personam Lotharii Secundi & bellicosa facta &
merita erga Christi servos & universam Ecclesiam
eum in Imperatorem elegerint; Quatenus vero
Ecclesiasticam dignitatem innuit vox Primas, va-
rias iterum recipit interpretationes; sic summus
Pontifex per antonomasię Episcoporum Primas
est, quia ad eum modum, quo Sanctus Petrus inter
reliquos Apostolatus obtinuit Primatum, ipse quo-
que ejusdem Sancti Petri Successor inter universos

Pa-

Patriarchas, Primate, Episcopos & Pastores Ecclesiae primae sedis obtinet dignitatem; qualem prærogativam, quidem per Apostolorum traditionem, ab ipso vero Christo & ex jure divino sibi vindicat *Anacletus Epist. 3.* Quem Primum semper habuit super omnes *Nicol. 1. Epist. 8.* Post hunc Patriarchæ quoque Primum nomine veniunt; Siquidem Apostoli post Christi adventum Patriarchas vel Primate posuerunt, ad quos Episcoporum negotia & majores causæ essent referenda. *Can. urbes 1. Dist. 80.* similiter *Can. in illis 2. Distin. ead.* in illis Civitatibus, in quibus olim apud Ethnicos primi flamines atque primi legis Doctores erant, Episcoporum Primate ponit vel Patriarchas Beatus Petrus præcepit, qui reliquorum Episcoporum causas & maiora quoties necesse foret negotia in fide agitarent; *Vide Anacletum Epist. 2.* Patriarchæ tamen cum Primatebus non omnino iidem sunt; sic tres tantum Patriarchas ex institutione Apostolorum recognoscimus, Romanum, Antiochenum, & Alexandrinum, *Nicol. I. ad Consult. Bulgæ Cap. 92.* Primum vero plurimos in diuersis Regnis qui vel adhuc subsistunt, vel paulo ante substiterunt, numeramus: in Hispania Primas est Tolletanus; in Gallia Bituricensis, Lugdunensis, Viennensis, Rhenensis; apud Anglos Cantuariensis; apud Scotos Santandreamus; apud Hungaros Strigoniensis;

Armachanus apud Hybernos ; apud Danos Lundensis ; apud Polonos Gnesnensis ; In India Orientali Goanus a Paulo IV. Pontif. constitutus est ; in Occidentali India Mexicanus a Paulo III. Primatus enim specialis est & a Patriarchatu distincta dignitas ex privilegio Summi Pontificis obtenta, qua quis inter Prælatos Ecclesiæ ejusdem Ordinis eminet ; Difficulter autem determinari potest quænam jura & prærogativæ hujusce sint dignitatis , sed quantum cuique Primi tribuit tenor privilegii Pontificii aut ex præscriptione vel consuetudine competit, tantum quoque de jure largendum est, *Canon. 8. caus. 9. quæst. 3.* Concessit vero aliquando Papa Primi etiam jus confirmandi Episcopos, *Can. cum longe 25. dist. 63.*

Primatus in Regno Teutonico varii allegantur : De Moguntina Sede vere affirmari potest, quod ante omnes Germaniæ Ecclesiæ primatialis dici mereatur, hoc vel maxime ob urbis amplitudinem, quæ olim non raro facri Primatus causa fuit *Ludwig de Primatu Germaniæ c. 1.* ita in *Can. nulli. 2. dist. 99.* præceptum fuit, ne Archi-Episcopi Primates vocentur, nisi illi, qui primas tenent Civitates, quarum Episcopos Apostoli, & Successores Apostolorum regulariter Patriarchas & Primates esse constituerunt. De hoc Primate est locus Abbatis Urspergensis de Alberto I. Archi-

Episcopo

X

Episcopo Moguntino scribentis: ubi Vir eloquens & Primatum in Cisalpinis partibus multiformiter tenens ad defensionem totius Germaniae Metropolis animos omnium Catholicam obedientiam profitentium accedit. Item Lambertus Schaffnaburg. sub Anno 1073. His accensus Archi-Episcopus Moguntinus, cui potissimum propter Primatum Moguntinæ Sedis eligendi & consecrandi Regis authoritas deferebatur. *Addit. Sebst. Tengnagel in monum. antiq. p. 291.* Quem tamen Primatus titulum nostris temporibus amplius non affectant Moguntini Archi-Præsules. De Trevirensi est *Canon 10. cauf. 11. quæst 3.* ubi Teugaldus Trevirensis Archi-Episcopus Belgicæ Provinciæ Primas audit; antiquissimus est, a Sylvestro Papa Agricio Præsuli Sæculo jam 4to concessus *Brower. in annal. Trevirens. L. 4.* Ejusdem Primatus meminit Fridericus I. Imperator apud Goldastum *Tom. 1. Imp. Const. p. 265.* vbi Trevirensim Antistitem ita alloquitur: *Igitur quia vos Primas estis cis alpes & Cor Regni & Metropolis illa vestra Treviris in quam inclyta &c.* Interim Trevirenses Præsules jam ab aliquot Sæculis hoc Primatus titulo abstinuere. De Magdeburgensi Primatu est Bulla Joannis XIII. ad Adalbertum Archi-Episcopum, in qua locus notabilis ita habet; *Dei igitur omnipotentis auctoritate & B.*

Petri Apostolorum Principis & nostra, te tuos-
que Successores in perpetuum, & Ecclesiam tuam
omnium Ecclesiarum Archi-Episcoporum & Epi-
scoporum, qui in Germania sunt ordinati, in se-
dendo, in judicando, in confirmando, in subscriben-
do, in sententiis dandis, omniue Ecclesiastico Or-
dine Primatum habere volumus, vid. Maibonium
in Chronico Magdeburg. p. 247. Ubi tamen per
Instrumentum Pacis Westphalicae Anno 1648.
Archi-Episcopatus Magdeburgicus extinctus at-
que saecularizatus fuit mortuo ejusdem Administratore ultimo Augusto Duce Saxonie Lineae
Weissenfelsensis Fundatore, atque ad Branden-
burgicum sub titulo Ducatus transiit, ista Prima-
tus dignitas procul dubio etiam cessavit, quidquid
dixerit Ludwig in *Dissert. de Primat. Germ. Cap.*
fin. Contra cum stat nobiscum Struvius in *dissert.*
de Prim. Eccles. §. 14. Quomodo enim Archi-
Episcoporum primus esse poterit is, qui Archi-
Episcopalem dignitatem sponte abdicavit? De
Coloniensi Ecclesia dubitatur, an unquam Prima-
tus jure gavisa sit; ita quidem statuere videtur
Serar. Lib. i. rer. mogunt. c. 21. vbi verba Ruperti
Tuitiensis hunc in modum refert: sed Primatum
Colonia Metropolis obtinuit ea maxime causa,
quia Crescens praedictus Coloniæ quoque Aposto-
licam verbi Dei visitationem primus intulit: sed
secu-

securius affirmare licet isthunc Primatum in me-
ro honore constitisse , sique Coloniensis nullius
Primatui subjectus fuit , nullum quoque sub se ha-
buit Archi - Episcopum suæ jurisdictioni subje-
ctum , uti patet , ex litteris Leonis IX. Pontificis ,
quibus Coloniensis Archi - Episcopatus privilegia
confirmantur : *Sicut Neminem Archi-Episcopo-
rum tibi subjicimus , ita sub nullo Primate te agi
decrevimus.* Salisburgensi Episcopo similiter hic
honor tribui vult , vt Primas sit cis Alpes vsque
ad Danubii ripas . quem tamen titulum Salisbur-
genses vel ideo non affectant , quia ex indulto Gre-
gorii Pontificis Legati nati audiunt , unde ante
omnes Primates præcipuum tenent locum , *adde*
Zech. in Europei. Herold p. 1. p. 3. 30. referentem ,
quod Salisburgensis Archi - Præsul hunc titulum
sibi nunquam arrogaverit , imo ne oblatum qui-
dem acceptaverit . De Bremensi quoque Archi-
Episcopatu in Primatum erigendo olim verisimi-
liter cogitatum fuit , attamen eventum consiliis
haud respondisse colligimus *ex authore Histor.
Archī-Episc. Bremens. p. 57.*

Ex quibus ita generaliter præmissis patet , ho-
diedum in Germania nullum amplius extare Pri-
matum , qui vel abdicatione , vel non usū extinctus
rerum natura non excesserit , excepto solo Prima-
tu Principis & Abbatis Fuldensis ; qui continuo

& ad nostra usque tempora tam in Recessibus Imperii, quam aliis in- & subscriptionibus se Germaniae & Galliae Primatem optimo jure dicit, quod patet ex subscriptione Recessus Imperii de Anno 1559. de Anno 1566. de Anno 1570. de Anno 1603. de Anno 1613. de Anno 1641. de Anno 1654. Idem docet Actus Coronationis Mariæ Eleonoræ Imperatoris Ferdinandi III. Conjugis. Verum ut cuncta recto ordine tractentur, hic iterum inquirendum venit in istius Primatus primavam originem, atque fundationem ; qua in re iterum non concordant scriptores non modico temporis intervallo inter se discrepantes : Malin-krotius *de Archi-Cancellariis* p. 71. & 214. hujus Primatus primordia ad Lotharii II. Imperatoris tempora refert : eodem modo Kirchnerus tradit dignitatem Primatus Fuldensis ætate Lotharii per Abbatem Bertholdum de Schlitse ex Familia Gorziorum primum impetratam & Ecclesiæ Fuldensi illatam : Browerus vero contra *L. i. de antiq. Fuldenſi c. 15.* serio contendit a Sylvestro II. Papa juribus Abbatiae Fuldensis adjectum fuisse , ut cunctis Germaniae Cœnobiis ad Comitia convocatis praesesset, primumque in sedendo, iudicando & dicendo locum obtineret Abbas Fuldensis. Haec tenus quidem ita opinari licuit, postquam vero Bullam Joannis XIII. Pontif. publici juris fecerit-

cerimus, mox patebit quantum a veritatis scopo
recensitæ opiniones aberraverint. Sit itaque te-
nor Bullæ Pontificiæ quem ex authentico sequen-
tem in modum edimus:

Bulla JOHANNIS XIII. Pont. Max.

concessa Werinhario Fuldensi Abbatii super Primatu
Anno DCCCCLXVIII.

JOANNES Episcopus Servus servorum Dei
karissimo nobis in Christo Filio Vuerinhario
sacri Cenobij Vuldensis Abbatii Religiosissimo
et per eum suis Successoribus Abbatibus in per-
petuum; Desiderium quod ad Religionis Proposi-
tum Sanctorumque Locorum stabilitatem pertinere
monstratur sine aliqua dilacione est Deo auctore
perficiendum, ut ex hoc Vigor sanctæ Religionis
Roboretur et eisdem sanctis Locis salus et Indemp-
nitas solidetur. Nobis quoque Lucri potissimum
Præmium a Conditore omnium Deo in Regnis Ce-
lestibus adscribatur: Igitur quia per interventum
Domini Ottonis Excellentissimi, Piissimique Imper-
atoris Augusti, nostrique spiritualis Filii et san-
ctæ Ecclesiæ defensoris prenominatus Vuerinba-
rius

rius Abbas postulavit a Nobis quatenus Venerabile Monasterium , cui præesse videtur , quod olim a sanctæ memoriac Bonifacio Episcopo ad Honorem Dei & Domini nostri Salvatoris in loco qui vocatur Boconia erga Ripam Fluminis Vultaha construetum , Privilegii summæ Sedis Apostolicae Infulis decoretur , et sicut per Sanctissimi Papæ Zachariæ Constitutionem aliorumque Venerabilium Pontificum predecessorum , decefforumque nostrorum præcepta , Dicioni sanctæ nostræ , cui Deo auctore deservimus Ecclesiæ suppositum est , ita perpetuis Temporibus perseveret , nullius unquam alterius Ecclesiæ Jurisdictionibus summittatur : Quapropter piis Desideriis faventes hac nostra Authoritate id quod exposcitur , digno effectu mancipamus , ideoque omnem cuiuslibet Ecclesiæ Sacerdotem in præfato Monasterio Dicionem quamlibet habere aut auctoritatem præter Sedem Apostolicam prohibemus ; ita ut nisi ab Abbe Monasterii fuerit Invitatus , nec Missarum ibidem solemnia quipiam celebrare , omnino præsumat , ut profecto juxta id quod subiectum Apostolicae Sedi firmitate Privilegii consistit , inconcusse omni Tempore datus permaneat , Locis et Rebus universaliter tam eis , quas a primordio sibi vindicare debet , vel quas moderno Tempore tenet et possidet , quam eis , quas futuris Temporibus in jus ipsius sacri

sacri Monasterii divina providentia augere ex donis et oblationibus Decimisque quorumlibet Christi Fidelium voluerit absque ullius personae contradictione firmitate perpetua perfruatur; ad jicientes autem pro magno amore præfati Piiissimi Domini Ottonis Imperatoris Augusti specialiter constituimus, ut isdem Vuldensis Abbas ante omnes alios Abbates Gallie sev Germanie Primatum sedendi in omni loco, quo convenerint, obtineat nec non et Archimandrita Consultior et Honorabilior nostra Apostolica auctoritate permaneat: Constituimus quoque per hujus nostri decreti paginam, ut quicumque cujuslibet Ecclesiæ Præsul, vel quacumque Dignitate prædita persona hunc nostri privilegii Tenorem, quem auctoritate Beatissimi Apostolorum Principis, cuius vice fruimur, confirmamus et recorroboramus, violare et transgredi temptaverit, Anathema sit, et iram Dei omnipotentis Incurrens a Cetu omnium Sanctorum alienus existat, et nihilominus præfati Monasterii Dignitas a nobis indulta perpetualliter Inviolata permaneat Apostolica in omnibus auctoritate subnixa. Scriptum per manum Stephani Scrinarii Notarii et Regionarii sanctæ Romanæ Ecclesiæ, in mense Octobris et Indictione Undecima.

L

Datum

*Datum VI. Idus Novembris per manum
Vuidonis Episcopi et Bibliothecarii sanctæ Sedis
Apostolicæ Anno Pontificatus Domini nostri Jo-
hannis Tertii decimi Papae Quarto. Imperii ve-
ro Domini nostri Ottonis Augusti majoris sexto,
et minoris secundo. Indictione XI.*

Hoc Privilegium ad Werinharii Successores
Abbesse per omnia in perpetuum rite ac ra-
tionabiliter extendere, ac pertinere comprobant
tum sequentes omnes quotquot Ecclesiæ Fuldensi
concessæ sunt Pontificum Romanorum Bullæ,
tum etiam solemnis alia declaratio desuper facta
Avenione Anno MCCCXXIII. a Celeberrimis il-
lius temporis Legum ac jurisprudentiæ Oraculis,
quorum quisque appenso proprio Sigillo, etiam
in hunc modum subscripsit, ut hic ex Autogra-
pho:

*Ego Gotius de Arimino Iuris utriusque Pro-
fessor prædictam conclusionem veram credo et meum
Sigillum appono.*

*Ego Bertrandus de Sancto Genesio utriusque
Iuris Professor, Domini Pape Capellanus, et
ipsius sacri Palatii causarum auditor, conclusioni
premissæ adhereo et sigillo.*

Et

*Et Ego Petrus Placentinus Doctor Legum,
Cappellanus Domini Pape, et sacri Palacii Cau-
rum auditor premissis adhæreo cum sigillo in Te-
stimonium Veritatis.*

*Ego Magister Hermannus Doctor Decreto-
rum Custos et Canonicus Ecclesie Pragensis, Do-
mini Pape Cappellanus, ac ipsius sacri Palacii Cau-
sarum auditor p̄efatam Conclusionem tam ex
pretactis, quam aliis rationibus, Credo esse veram
et de jure procedere in quorum robur manu pro-
pria subscripsi et sigillum meum appendi.*

*Et Ego Bertrandus de Deucio Legum Doctor
Domini Pape Cappellanus & ipsius audientie litte-
rarum auditor premissorum conclusioni adhæreo
& Sigillo.*

*Et Ego Richardus de Mediolano Canonicus
Mediolanensis, Cappellanus Domini Pape, et ejus
Palacii causarum auditor, supradictam conclusio-
nem veram esse credo et meum Sigillum appono.*

*Et Ego Guillelmus de Duroforti Legum Do-
ctor, Domini Pape Cappellanus, ejusque sacri Pa-
lacii causarum auditor, idem credo & sigillo.*

*Ex his Sigillis unum hic representare æri in-
cīsum, uti non incongruum, sic nec injucundum
fore existimavimus: Est illud Bertrandi de Deu-
cio Legum Doctoris famigeratissimi, qui A.
MCCCXXVII. Presb. Cardinalis Tit. S. Marci,*

postmodum vero Episcopus Sabinus ac S. R. E.
Vice-Cancellarius a Clemente VI. Pont. Max.
creatus est; Obiit Anno MCCCLV. variis Le-
gationibus clarus.



Ex præmissis expeditum habes, remotiorem
esse fundationem Primatus Fuldensis, quam recen-
sti scriptores hucusque existimarint, eandemque
sibi cum Archi-Cancellariatu vindicare antiqua-
tem, quippe qui pariter tempore Ottonis magni,
imo ex Ipsius intercessione Ecclesiæ Fuldensi
in sortem obtigit. Errat quoque hic Browe-
rus, quando c. 15. p. 64. de antiqu. Fuld. dubita-

re

re audet de Primatu Fuldensi , utrum per totam Galliam , an vero in Gallia Imperiali tantum , Regno nempe Arelatensi & Burgundia obtineat : hujus enim dubitationis fundatum inane est , & facili ratione refutatur ; siquidem paritas quam desumit ab Archi-Cancellariatu Trevirensi , qui licet per Galliam sit, attamen ultra fines Galliae Belgicæ non extendatur ad restringendos Primatus Fuldensis limites male applicatur ; nam quod Trevirensis Archi-Cancellarius sit per Galliam , hoc habet ex privilegio Imperatoris , cuius jurisdictione cum ultra Galliam Belgicam protensa non fuerit , neque ultra jura Archi-Cancellariatus Trevirensis extendere potuit : E contra privilegium , quod habet Abbas Fuldensis , ut Primas sit per Galliam , venit a Summo Pontifice , qui cum totius Christiani Orbis Caput sit & Legislator , etiam in Galliam , quamcunque talem jurisdictionem exercet , ut inter omnes ejus Regni Abbates Primum Fuldensi concedere potuerit : neque etiam in toto illo latissimo tractu Galliarum , licet ditissimarum Abbatiarum passim resertissimo , Abbas quisdam ea animi præsumptione erit , ut cum Fuldensi S. R. I. Principe , Augustæ Imperatricis Archi-Cancellario , æquo marte de sessionis prærogativa contendere possit . Est præterea tenor privilegii hujus ge-

L 3

nera-

neralis indistincte de Gallia loquens , & Fuldensi
inter omnes Abbates Galliæ Primum tribuens ;
si quis ergo Galliæ Abbas ab hac regula exceptio-
nem prætendere auderet , hanc evidentibus pro-
bationibus docere necesse habet ; quod contra
amplissimum & antiquissimum privilegium Ab-
batum Fuldensium Apostolica auctoritate subni-
xum non tam difficile quam impossibile erit .
Quod si igitur contigerit Cœtum aliquem perso-
narum Ecclesiasticarum a Summo Pontifice con-
gregari, dubium non erit , quin Abbas Fuldensis
ante omnes Abbates non tantum Germaniæ sed
& Galliæ primum ordinem nanciscatur tam in
sedendo, quam votando , et judicando ; Imo
omnium votorum authoritas in unum Fulden-
sem concurret, ubi cuiuslibet ordinis Primarius
Præfus votum totius ordinis recitaret. Eadem
ratione in Comitiis Imperii Abbas Fuldensis an-
te omnes Germaniæ Abbates non tantum sede-
bit, sed & votum dabit, & subscribet : Imo ac-
cidit aliquando, ut Fuldensis Abbas ante ipsos
Episcopos Recessus Imperii subscriberet, veluti
Ratisbonensem de Anno 1532. ante Lubecensem
& Razeburgensem, ibi : *Von wegen des erwäl-
ten Abts des Stift Fulda. Philips Schenck von
Schweinsberg Dechant zu Fulda ; Von wegen
Henerichs Bischoff zu Lübeck. Jost Hufffel-
der,*

der, Doctor Thumprobst daselbst. Von wegen Georgen Bischoven zu Razenburg. Wolfgang Rudorffer Doctor Probst zu Stendal &c. Rursus Ratisbonensem de Anno 1541. ante Razenburgensem, Lebusiensem, Lubecensem, & Seducensem: Von wegen Philipsen erwälden zu Fulda. Jo-
bann von Ehrenberg Thumb-Dechant zu Mainz; Erhard Rüde von Collenberg Mainzischer Hoff-
meister, und Bernard von Hartheim. Georg Bischoven zu Razenburg und Libus. Lucas Wilz-
beym; Balthasars erwälden und bestetigten zu Lübeck; Jodocus Huttfelder der Rechten Do-
ctor. Adriani Bischoffs von Sedun. Johann mi-
litis &c.

Ex istius Primatus dignitate provenire sta-
tuit. Coccejus in prud. juris publ. de Rege & Im-
per. Roma. c. 8. §. 16. prærogativas & jura,
quibus Princeps Fuldensis gloriatur in Co-
ronatione Imperatricis, quatenus ea tanquam
Primas seu Primarius ejus Episcopus exerceat,
id quod in aliis quoque Coronationibus obser-
vetur; ut inaugurationem Regis Galliæ Primas Rhe-
mensis, Regis Hispaniarum Primas Toletanus,
Hungariæ Regis Strigonensis, Polonorum Regis
Primas Gnesnensis peragat. Verum ista sine ul-
teriori fundamento afferere non ausim, cum mi-
hi sufficiat; Principem Fulensem integra & salva
sua

sua jura tueri in Coronatione Imperatricis, nec quidquam ei accedat, cum dixerim ea ex Primitu profluere; imo magis decorum esse judico, si ea tanquam Imperatricis Archi-Cancellarius sibi vindicet, quod & verius est, & supra ex Diplomate Carolino abundanter demonstratum fuit.

QVÆSTIO JURIDICA.

An Principes possint Venationem suis subditis prohibere?

NON in publicis solum locis, sed & privatis ac propriis agris omne jus venandi Principes terrarumque Domini subditis suis hodie passim ademerunt; Quæ ademptio an jure vel injuria facta sit mirifice inter se concertant Doctores. Venationem a Principibus prohiberi non posse, multa eaque plausibilia argumenta evincere videntur: Quandoquidem ex Genesis I. docetur, hominem universis animantibus dominari eique omnia animalia subiecta esse: Ut præsit piscibus maris, volatilibus cœli, & bestiis universis, item Genesis 9. Crescite & multiplicamini &c. Terror uester ac tremor sit super cuncta animalia terræ, & super omnes volucres cœli; Ita etiam jus venandi ex naturali jure omnibus commune est §. 12. inst. de rer. divis. L. 1. ff. de acquir. rer. Domin. Quapropter cum Princeps ea quae juris divini aut naturalis sunt, nec tollere nec mutare possit. §. 11. inst. de jur. natur. Gent. & Civil. Can. ult. §. his itaque dist. 6. non appetet quomodo Principes quo ad præsentem casum juri divino & naturali contrario subditosque suos a jure venandi excludere possint: Sed & jure ciuili idem dispositum L. 13. §. f. ff. de injur. ubi særissime, inquit Iuris-Consul-

tus

tus rescriptum est: non posse quem pisceari prohiberi, sed nec
aucupari, nisi quod ingredi quis agrum alienum prohiberi potest,
& ita Anto. Butr. Hoffiens. & Jo. Andr. in cap. non est X. de de-
cimis responderunt cum aliis compluribus. Quibus tamen nil
remorantibus eorum sententiam magis probo, qui existimant
Princeps suis subditis venationem prohibere posse, quae sane
sententia non paucos neque obscuri nominis Autores habet,
quorum Tredecim refert Covarruvias in relectione *Cap. pec-
carum de reg. jur.* Etenim cum Summus Princeps justa & ra-
tionabili de causa dominium & ius alteri quaestum afferre possit,
L. 15. ff. de re vind. *L. 11. ff. de evict.* multo magis subditis
suis nationibus interdicere poterit, *L. 21. ff. de reg. jur.* cum
ibi de damno vitando, hic vero de lucro tantum captando,
quod in spe nimis incerta & caduca consistit, ut nec in bonis
nostris esse dicatur Arg. *L. 36. in fin. ad Leg. falc.* agatur. Et
quod Summus Princeps sive Imperator potest in toto Imperio,
illud procul dubio poterit quilibet Princeps in suo territorio,
cum per investituram omnis potestas & utilitas, quam Impe-
rator in singulis territoriis obtinuit, in Principes translata sit,
Arg. *6. 1. §. f. quibus mod. feud. amitt.* Fuit autem iam olim
ab Imperatore Friderico prohibita venatio in l. nemo retia rit.
feud. de pace tenenda, ubi ita loquitur: *nemo retia aut alia
quilibet instrumenta ad capiendas venationes tendat, nisi ad ur-
fos, apros, vel lupos capiendos.* Id quod pacis servandae causa,
ita constitutum esse annotarunt ibidem *Mart. Laudens.* & ce-
teri Doctores: Publice enim interest ad pacem, tranquillitatem
& securitatem maxime viatorum tuendam, praesertim cum abs-
que armorum usu id quod peregrinantibus plenum periculi esset,
venatio expediri vix queat, non esse commune omnibus ius
venandi; absque eo, quod inter ipsos venatores, qui communi
jure venandi utuntur, rixæ, discordia, atque homicidia timenda
sint, cum communio discordiarum mater plerunque sit, *L. 77.*

CAPUT SECUNDUM

§. 20. ff. de leg. 2. L. 26. ff. de serv. præd. urb. Sed & permisso venationis indifferens esset quoddam avocamentum ab operis & laboribus necessariis & quotidianis, quibus humana societas nunquam carere potest, ab artificiis agri vinearumque cultura, adeoque a tota vita rustica, a qua neminem abduci publice utile est, Arg. auth. agricultores C. quæ res pign. oblig. posse. L. 2. ff. de nundin. L. 1. ff. de ferijis. Tale immoderatum studium venandi olim in Germania fuisse constat ex Tacito & Suetonio. Cui suffragatur quod jure nostro videmus interdici quibusdam officia & exercitia alioquin justa & honesta, quo magis proprio officio & artificio vacare possint ut in tit. Codicis ne Rustici ad ullum officium devocentur, & in titulo negotiatores ne militent; Quin & si cunctis indiscriminatim concessus esset Venationis usus brevi temporis spatio ferarum species omnino depopularentur, quas tamen servari publice interest: quæ omnia facilius obtinent, ubi ex longissima præscriptione Principes jus venandi sibi privative vindicarunt; tanta enim temporis diuturnitas pro jure & causa sufficeret, etiam si jus nullum probaretur. Arg. L. 2. Et f. ff. de aqu. pluv. arcend. Praterquam quod hæc sola justissima causa sit, quare ad Principum recreationem totum jus venandi referatur, ut videlicet ipsi, quibus maximæ operæ circa reipublicæ administrationem incumbunt, præ aliis deletabili venationis exercitio perfruantur, quatenus animus onere curarum depressus erigatur ad gubernaculum reipublicæ de novo reassumendum; Neque subditis contra dispositionem juris divini ulla injuria per hoc infertur, eadem enim Lege Deus omnem herbam fruendam dedit, hominisque Dominio subjecit Gen. 1. c. 29. vers. quam tamen singuli hodie sibi vindicare non possunt sublata videlicet post lapsum, communione honorum; plane si textum Genes. i. intelligeremus de dominatu, qui in venatione vel occupatione ferarum consisteret, illud absurdum inde sequeretur, quod non tam fera, sed mansueta quoque

quoque animalia tanquam communia ab omnibus occupari possent! Ergo Dominatus iste secundum Caput *Genesis* 9. ver. 2. explicandus venit, quoad bestiæ omnes etiam ferocissimæ hominem expavescant, & tanquam Dominum suum revereantur; videmus enim quod magnarum etiam virium bestiæ fugiant aspectum hominis sibi in hoc longe inferioris: Neque jure naturali ita omnia sunt communia, ut reipublicæ & Principis dispensationi eatenus non subjaceant, quo minus ea privatis concedere possit, quæ deinceps privata non communia sint, §. singulorum 11. insit. de rer. divisi. & sicuti occupatio rerum, quæ nullius sunt, privatim jure naturali efficit, illud, quod prius commune erat, proprium ipsius occupantis; ita respublica ejusve Rector poterit, quæ communia prius erant sibi privative vindicare. Sed & ferae, volucres & cætera animalia jure naturæ non sunt communia positive, quasi omnium propria sint, sed negative, quia nullius sunt, & jure naturali nulli applicata secundum Divum Thomam 1. 2. quæst. 94. art. 5. Idcirco Lex humana potest illa uni potius quam alteri ex causa concedere, ex quibus sequitur hodiecum Principes venationem jure naturali & divina omnibus permisam justissimis ex causis prohibere, sibique vindicare.

COROLLARIA EX JURE CANONICO.

Ubi post sponsalia contrahentes carnaliter miscentur, ita præsumuntur habuisse animum postea contrahendi matrimonium, ut nec eorum assertio in contrarium attendatur.

M 2

Nisi

COROLLARIA.

Nisi ex metu mortis se invicem cognoverint.

*Matrimonium contractum sub impedimento di-
xumento cessante, impedimento denuo est contra-
bendum.*

*Licet quis matrimonium jurato promiserit,
adhuc tamen Religionem ingredi potest.*

*Quando cum impubere contraxit sponsalia
pubes, licet impuberem adepta pubertate denuo
consensisse sciat, sponsalibus tamen stare non te-
netur.*

*Ut Liberi per subsequens matrimonium le-
gitimentur, eorum consensus non requiritur.*

*Filio mortuo nepotes ex eo legitimantur per
matrimonium avi.*

*Ex damnato coitu nati suo sensu legitimari
possunt, rescripto Principis.*

*In Electione requiritur pluralitas & Jani-
tas votorum.*

*Padum nudum nec hoc Jure producit actio-
nem.*

COROL-

M

COROLLARIA EX JURE PUBLICO ET POLITICO.

Princeps Fuldensis Electus, licet non confirmatus, nec investitus Archi-Cancellarii munere fungitur in Coronatione Augustæ.

Renuntiatio Hispaniarum Philippo non restituit viam ad Regnum Gallie.

Primogenitus quoad Successionem Regni etiam ille est., qui ante adeptum Regnum natus fuit.

Jurisdictio Cameræ non exspirat per mortem Imperatoris.

Expedit Principi, licet ipse prudentia & consilio valeat, habere Consiliarios.

Praestat habere Cives locupletes, quam ærarium repletum.

Consultius est Viduae, quam Viduo aliud inire matrimonium.

Judæi a Statibus Imperii recte recipiuntur, & licite tolerantur.

Ad incrementum Universalis Studii plurimum confert Bibliothecæ instructio, cuius usus statim temporibus pateat.

Lotharicæ, ubi dejecto in urnam certo schedularum inscriptarum et manuum numero facultas easdem extrahendi certo pretio redimitur, ad

M 3 lusus

COROLLARIA.

lūsos licitos referendæ sunt, & utiliter instituantur.

COROLLARIA**EX JURE CIVILI.**

Etiam Legitimi tutores excusare se possunt a tutela.

Actio de Tigno juncto etiam contra bonæ fidei possessorem in duplum est.

Substitutio pupillaris facta in unum casum extenditur etiam ad alterum.

Solutum ex errore juris non repetitur conditione indebiti.

Qui tradere promisit, non liberatur praestando interessè.

Mora principalis Fidejussori non nocet.

Exceptioni non numeratae pecuniae in chyrographo inutiliter renunciatur.

Non dantur actiones mixtæ.

Periculum rei venditæ emptorem respicit.

Sic Jus accrescendi a de cunctem pertinet.

COROLLARIA**EX JURE FEUDALI.**

Si proximior Agnatus Feudum alienatum spatio 30. annorum revocare neglexerit, eo mortuo

tuo alius Agnatus proximus præscriptione non ex luditur.

Emptor rei feudalis non petit evictionem adversus venditorem.

Delinquenti Vasallo in personam Domini Feudum ita & perpetuo aperitur Domino, ut nec eo mortuo ad Agnatos redeat.

Licet Feudum masculis cum fœminis datum sit, adhuc tamen fœminæ a masculis excludentur.

Ubi Vasallus cum consensu Domini directi feudum oppignoravit, tenet pignus etiam mortuo Vasallo contra Dominum.

Pater non potest petere usumfructum in bonis feudalibus filii.

Vasallus alienans feudum irrequisito Domino, licet statim recuperaverit, caducitatem non declinat.

Sententia lata contra possessorem Feudi nocet Agnatis postea ad Feudum venientibus.

Si pars tantum Feudi alienata sit irrequisito Domino, totum Domino non aperitur.

Legitimi per rescriptum Principis aliquando succedunt in feudis.

COROL-

COROLLARIA

EX JURE CRIMINALI.

*Stola & Ensis, Ecclesiastica & Civilis potestas
possunt stare simul.*

*Si quis in somno surgens alterum occidat,
licet vigilans jam animum occidendi habuerit, non
subjacet pœnæ legis Corneliae.*

*Non tantum, qui mandat, sed & qui nudum
consilium dat de vulnerando, tenetur de occiso, si
ex vulnere mors sequatur.*

*Fluxio sanguinis ex cadavere occisi non est
sufficiens indicium ad torturam.*

*Filiū ante Parentes, fæminæ ante mares
torquentur.*

*Crimen læse majestatis committunt etiam
non subditi.*

*In Electores non committitur crimen læse
majestatis.*

*Confessio rei in criminalibus non sufficit sem-
per ad condemnationem.*

*Tortura ex prioribus indiciis repeti non
potest.*

*Si facta conspiratione inter plures unus oc-
ciderit, omnes tenentur de occiso.*

F I N I S.

• • • •

COROL


Kh 1234



TA → OC

Rehr ✓

Me





045.

14

DISCVRSVS HISTORICO-IVRIDICVS
DE
ARCHI-
CANCELLARIATV
ET
PRIMATV.
S. R. I. PRINCIPIS
ABBATIS FULDENSIS,
Q V E M
AVSPICE DEO TER OPTIMO MAXIMO
IN CELEBERRIMA FRANCIAE ORIENTALIS
VNIVERSITATE HERBIPOLENSI
EX ASSSENSV AMPLISSIMI SENATVS IVRIDICI
SVB PRAESIDIO
Prænobilis, Clarissimi ac Consultissimi Viri ac Domini,
D. PHILIPPI ADAMI VLRICH,
I. V. DOCT. ET DIGESTORVM PROF. PVBL. AC ORDIN. REVE-
RENDISSIMI ET CELSSIMI PRINCIPIS, EPISCOPI HERBI-
POLENSIS CONSILIARII,
EXERCITII GRATIA PVBLICO EXAMINI SISTIT
HENRICVS WALTERVS WILHELMVS
N. 27. DE SCHILDECK.
IN AVDITORIO IVRIDICO
HORIS ANTE-ET POMERIDIANIS CONSVENTIS, DIE XXX. IVN. A. MDCCXXIV.
EDITIO NOVA MDCC XXXIII.
LIPSIAE, APVD IO. CHRISTIANVM LANGENHEMIVM.